Ck. 231. 18

(X2000925)

ad Numophylac. Schwarzburg Arnstad.

Ya 624

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0001-4




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0002-9

dk. 231

IV, 154.

M. JOH. CHRISTOPH. OLEARI
Hala-Saxonis

# ISAGOGE
AD
# NUMOPHYLACIUM BRACTEATORUM

Quâ,
Præſtantia, Uſus & Natura illorum
ſuccinctè deſcribitur,
additâ
centum & amplius eorundem litteris
ſignatorum
## SYLLOGE.

*Ezech. Spanhem. de Uſu & Præſtant. Num. Diſſert. I. p. m. 3.*

Inſita eſt humanis, & frequentius maximis etiam ingeniis, conſvetudo dicam an labes, ut quæ ignorant, contemtu ſtrenuè ulciſcantur; & ea ſolum apud eos commendationem habeant, ad quæ vulgo illos, aut vitæ inſtitutum, aut naturæ propenſio revocavit.

*JENÆ,*
Impenſis JOH. Bielcken/ Bibliopol.
M. DC. XCIV.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0003-5

*ILLUSTRISSIMO*

*COMITI ac DOMINO*

DOMINO

ANTHONIO GUNTHERO

E QVATUOR SACRI ROMANI

IMPERII COMITIBUS

COMITI

IN SCHVVARZBURG

ET HOHNSTEIN

DOMINO

ARNSTADII SONDERSHUSÆ

LEUTENBERGÆ LOHRÆ

ET CLETTENBERGÆ

PATRI PATRIÆ

DULCISSIMO ac INCOMPARABILI

COMITI ac DOMINO MEO

CLEMENTISSIMO

VITA. SALUS. GLORIA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0005-6

ILLUSTRISSIME COMES
DOMINE
CLEMENTISSIME

*GRatitudinis expedire officium venerabundus attentat calamus; Jamdudum enim idoneam quærere cœpi rationem, quâ affectum TVVM gratioſiſſimum mihi quaſi ingruentem, obſequioſè exoſculatus viderer. Sermones ſanè TVOS variâ eruditione, multaque huma-*

humanitate refertos ſæpius admirari iisque ſummoperè delectari coactus ſum, exinde in me quam plurima cùm clementisſimè fuerint derivata notatu dignisſima. Lætitiis quoque non raro incesſi eximiis, ardorem TVVM communicandi contemplatus planè ſingularem, vi cujus Bibliothecam ſplendidisſimam, Gazamq́; TVAM omni antiquæ ſupellectilis genere ad miraculum locupletem verſare mihi licuit. Aſt quantâ ſum proinde voluptate perfuſus? cùm ad ſtudium, quò flagrabam haud mediocri, cognoſcendæ percipiendæque vetuſtatis, tantam mihi oblatam agnoſcerem facultatem. Varia autem inter Cimelia TVA antiqua atque monumenta præſtantiora, meam imprimis recrearunt mentem Numiſmata varii metalli & ponderis, moduli & æſtimii, loci atque ætatis, quorum numerum & ſeriem, præſtantiam ac Uſum haud unquam ſatis mirari & rimari potui. Hiſce delectationum aucupiis addidit fortuna indulgentisſima numorum genus minus vulgare, quos Antiquarii nominarunt bracteatos, nominarunt inquam, ſed ad eosdem ceu obſcuros & minus explicabiles curam & operam conferre recuſarunt. Illos conabar ſingulos incredibili cupiditate, quam dulcedo & præſtantia hujus Studii mihi peperit, asſiduè ſcrutari, & aliquando in iisdem hariolari pluribus,

*ribus, atque eorundem ſcrutinium cùm putarem ſatis proficuum, quò nimirum Germaniæ ſacra & civilis illuſtrari poſſet Hiſtoria, in hiſce numis commendandis atque explicandis, operæ ac laboris conſumere partem non abhorrui, ea quoque aliis, quibus non ſingulis licuit eſſe tam felicibus, hactenus à me obſervata tradere conſtitui, Quare ſcilicet, & quâ ratione hi numi eſſent tractandi, quò bracteati ritè obſervari, pluresque occulti ſeu latitantes in lucem facilius proferri, inque unum quaſi corpus tandem redacti poſſent divulgari. Et exinde prodiit hæc ISAGOGE, quam ceu ISAGOGICUM (quod munus pro admisſione vel ingreſſu ad Locum ſive Perſonam dabant veteres) ILLUSTRISSIMÆ TUÆ CLEMENTIÆ devotâ animi grati ſubjectione offero, id quod non clementisſimè ſolùm ſuſceptum iri, ſed in Gratiâ quoque TUA mihi conſervandâ efficacisſimi Pararii aut Proxenetæ loco eſſe futurum, confido,*

ILLUSTRISSIMÆ TUÆ CLEMENTIÆ

Dab. Arnſtadii Die I. Maj.
A. O. R. 1694.

Humillimus & ſubjectisſimus
Joh. Chriſtoph. Olearius.

# FELICITER!

# PRÆFATIO.

## L. B. S.

REctè judicavit B. *Major* (α): *Quemadmodum Studium non habetur Theologicô Sanctius, ſic inter ſcientias ſeculares Numismatocriticâ non facile ſublimius aliud reperitur, quoniam cum Dei in hôc Orbe Vicariis, Perſonis illuſtribus, in ære, argento, auroque viventibus, negotium ſibi eſt: Nullum arduum magis atque diffuſius, quoniam à ſui cultoribus complexum minimè ſuperficialem exigit Lingvarum, Philologiæ ſacro-profanæ, Hiſtoriarum, Politicæ, Mathematicæ, tanquam Matris, cum numeroſâ prole, Phyſicæque & Medicinæ cum reliquo omni eo, quod honeſtè polytechnicum eſt &c.* Quæ, de numis non ſolidis ſolùm noſtris & exoticis, tum antiquioribus cùm recentioribus, ſed de bracteatis inprimis eſſe intelligenda, quilibet agnoverit. Sublime ſanè & arduum, diffuſum quoque, imò ſingulare bracteatorum eſſe ſtudium, rerum harum periti uno ore conſentiunt. Iſtorum enim ſive ſpectemus originem & naturam, figuras & uſum, magna ſemper de iisdem rectè dicere imminet difficultas. Hoc ipſum ex pluribus prudenter aſſeverat *Joh. Andr. Schmidius*, pereximium illud Jenenſis & antiquæ literaturæ Decus, his verbis: (β) *Numos bracteatos inferior ætas nobis reliquit, ut haberemus ſubinde novam materiam vel crucem, quæ eruditos exerceat.* Nec defuerunt exinde, qui exiguam & planè nullam rei huic antiquæ de induſtriâ

impenderunt operam. Aſt quæ cauſæ? Bracteatorum certè admodum pauci ſunt conſervati, eorum plures cùm plerumque illis afferantur, qui ex ſummâ negligentiâ vel ignorantiâ eosdem conflare non erubeſcunt; exiguus quoq; illorum eſt numerus, quos à Scriptoribus incidenter vel ex profeſſo deſcriptos reperiri licet atque explicatos; paucisſimi denique bracteatorum depicti, ærique inciſi ſunt divulgati, quod tamen æquè in hiſce ac aliis erat agendum, hôc enim modô facilius potuiſſent plures evolvi. Iſta autem curioſa ævi præſentis indoles quodammodo emendabit, ſpes enim adfulget, adeſſe (ſentiente ita *Ill. Spanhemiô* (γ)) meliora tempora, & excitari denuo homines, qui incenſi laudabili iſto ſtudio Veterum memoriam, quæ numis, aliisque monumentis antiquis adhuc ſepultis vel intactis continetur ornandam, ſibi ac omni doctrinæ & literarum genere illuſtrandam ſuſcipiant. Ex parte etiam reliqua hôc in ſtudiô jampridem penſare nonnulli ſunt conati, quosdam nimirum bracteatos æri inciſos, horumque ſimul explicationem edidit *Cl. Jacobus à Mellen* (δ); figuras quoque eorundem multorum & variorum, Vir maximè Reverendus Saxo-Altenburgenſis Ducatus Superintendens Generalis *D. Job. Chriſtfried Sagittarius* (cujus obitum ex meritis dolemus) in lucem protulit, quas eximiè laudat *Cl. Tenzelius* indefeſſus rei numariæ Reparator (ε). Hos ipſos multum juvare potuiſſent alii, Viri imprimis illi celeberrimi, quorum rerum antiquarum peritiam eruditus orbis meritò admiratur, *D. Caſp. & Paul. Martin. Sagittarios* puto; horum enim in iſtiusmodi numis notitia, eorumque dilucidandorum promiſſus labor jampridem innotuit. (ζ.) Is ipſe interim avidè adhuc expectatur. Cùm autem hâc in re varia, ante requirantur, quàm ea ſingula perfecta habeamus & integra, ideò in hôcce etiam ſtudiô, quod alibi, erit obſervandum. Iſta nim. prius tradamus, quæ ad bracteatos in genere ſpectant, poſteà eorundem ſpecialia ſunt explicanda. Hâc ſanè methodô res tota erit facilior. Et quidni illos quoque æſtimabimus numos, operæque noſtræ & temporis partem iisdem dabimus, cùm viſui & uſui ſua præſtent bracteati, ex eorum inquam contemplatione delectatio mira & utilitas emergat inſignis. Ipſa bracteatorum nos alliciet materia, figuræ licet in his ipſis magis ſint

conſide-

conſiderandæ, Literarum enim veterum non apparent ſolùm picturæ, ſed earum quoque ſcribendi ratio varia, voces non raro à dextrâ in lævam excurrentibus literis cernimus inſcriptas, compendia occurrunt apud veteres uſitata, quæ ſingula à nobis ſi benè fuerint notata, veterum diplomata aliaque antiqua monumenta felicius legere ac rectius intelligere poterimus. Porrò habent ex iis quod diſcant alii, qui ſacris, alii, qui civilibus vel profanis incumbunt. Sacra enim Sanctorum illuſtrantur memoriâ, quam bracteati conſervant, dum earum perſonarum, quæ jam pridem in album & Catalogum Sanctorum relatæ ſunt, oſtendunt Nomina, cultum, ornatum &c. exhibent quoque ArchiEpiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum atque Abbatiſſarum Nomina, Titulos, Ornatum, honorem, poteſtatem, Inſignia &c. ex iisdem comperimus Monaſteriorum notitiam, antiquitatem, poteſtatem, Præpoſitos, Inſignia &c. Templorum indicant ſtructuram, dedicationes; In Civilibus exponunt bracteati Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum aliorumque Illuſtrium Nomina, titulos, poteſtatem, Virtutes, prætenſiones, Ornatum, armaturam, Inſignia, Obitum, variasque res geſtas. Civitatum etiam, caſtrorumque edocent nomina, ſtructuram, Inſignia, Dominos, Jura &c. De quibus ſingulis alibi uberius (Deo dante!) agendum. Non pauca tamen Sylloge bracteatorum nonnullorum à nobis tradita illuſtrabit. Hæc interea de ſtudii noſtri incremento atque utilitate erant dicenda, ne ſequentia absque ullâ causâ fuiſſe videantur conſcripta. Hiſce autem pagellis rem numariam etiam in bracteatis magis cognitam reddere volui & gratam, cùm de iſtorum non Nomine ſolum, Materiâ, formâ, Efficiente & fine obſervationes nonnullas ex libris & numis ipſis conquiſitas exponere, ſed variorum quoque & raritate & integritate conſpicuorum bracteatorum Syllogen communicare conſtituerim. Quæ, B. L. ſi placuerint, eò citius ad plura eâdem de re elucubranda, me excitabunt. Cæterùm, hæc mea *Morellii*, Antiquariorum facilè Principis, egregiis obſigno verbis (n): *Corrigant liberè peritiores, & emendent in comparandis ſive dignoſcendis numis feliciores, modò id fiat amicè, generosè & procul ab omni pruritu obtrectationis, invidiæ*

*aut æmulationis. Quoad me, nullâ certè laboro* Φιλαυτία, *& majus in me eſt diſcendi ſtudium, quàm docendi deſiderium.* Vale!

(α) *Append. de Jotor. ſubſcript. p. m. 67.* (β) *Schediaſm. de Num. Cathedrat. p. 5.* (γ) *Diſſert. de Uſ. & Præſt. Num. VI. p. m. 496.* (δ) *Epiſtol. de antiqu. quibusd. Num. German. ad D. Caſp. Sagittarium conſcript. Edit. Jenæ 1678. IV.* (ε) *Collbqu. Menſtr. Menſ. April. Ann. 1689. p. m. 441.* Man hat bißher gehoffet/ Herr *D. Sagittarius General-Superintendens* zu Altenburg in Meiſſen werde den Mangel in alten teutſchen Müntzen erſetzen/ weil er viel Jahre her an einer ſolchen Schrifft gearbeitet/ und mit Gelehrten Leuten deswegen *correſpondi*ret/ auch etliche *Tabellen* in Holtz ſchneiden und einen Abdruck davon nehmen laſſen/ welchen ich mit meinen Augen geſehen. Aber alle dieſe Hoffnung ſcheinet mit ihm verloſchen zu ſeyn/ nach dem er am 19. *Febr.* alten Calenders jüngſthin Todes verblichen. Man vermeynet aber/ es werde ſich etwa ein Gelehrter darüber machen und die Sache zum Stande bringen ---- Und könte man glauben/ wenn eine Menge derſelben zuſammen käme/ wie der Herr *Sagittarius* zu *edi*ren vorgehabt/ daß immer einer aus dem andern beſſer zu verſtehen und zuerklären ſeyn würde. (ζ.) Ille *quidem ſpem nobis fecit in Epiſtola de Statu antiquo Thuring. ad Joh. Schilterum Edit. Jenæ 1675. IV. p. 67.* it. *in Epiſt. ad Jacobum à Mellen, Hujus Explicat. Urnæ Sarmat. annexâ, Jenæ 1679. IV. p. 37. & nuperrimè in Epiſtol. ad Schlegelii Diſſertat. De Spalatino, edit. Jenæ 1693. Hic autem in Diſſert. I. de Numis Saxon. edit. Altenburg. 1679. IV. p. 5.* (η.) *Specim. Univerſ. Rei numer. Edit. Pariſ. IIX. 1683. p. 134.*

## CAPUT I.

# DE NOMINE NUMORUM BRACTEATORUM.

§. I.

RES tota eò clarior quò fiat, non abs re erit, nominis tradere originem, ejusdemque ſignificatum. Non autem ſolliciti erimus,

erimus, an Numus habeat nomen à *Numero*, quod nonnulli volunt cum *Calvino* (α) vel *Numâ* Rege Romanorum, qui eos primùm apud Latinos imaginibus notaſſe & titulô nominis ſui à quibusdam præſcripſiſſe dicitur ex *Iſidoro* (β) vel ἀπὸ τοῦ νόμου (quod plerique volunt ex *Ariſtotele* (γ)) à lege, vel νόμισμα (quod à νομίζειν, ſancire & ſtatuere derivatur) quod non naturâ ſed à lege i. e. à communi conſenſu atque naturali ratione, quæ lex quædam tacita, pretium pecuniæ conſtitutum ſit, & exinde in voce Numus M non eſſe geminandum; Noſtrum potius nunc erit declarare, quare ex numis nonnulli dicantur bracteati & unde vox BRACTEATUS ſuum habeat ortum. Hôc autem epithetô ideò communisſimè utimur, cùm numi illi (de quibus plura dicere nunc eſt animus) quoad crasſitiem ſeu formam ſint valde tenues, imò nonnunquàm ex tenuisſimis conſtent laminis ſeu bracteis, & hinc bracteati ἀπὸ τοῦ βράχειν, quod eſt verbum ὀνοματοπεποιημένον, & idem quod ἠχεῖν (notante *Iſidoro* l. c.) ſonare, crepitare, fragorem edere denotat, à plerisque appellantur. Addit *Becmannus* (δ) non eſſe voci huic diſpar ברק, lamina crepitans, fulgur, coruſcatio, cum quô conſentit *Alſtedius* (ε) à ברק bracteam derivans. Alii bracteam ſeu bratteam ἀπὸ τοῦ βρέχειν eſſe volunt, quod denotat, illinere. Et talem bracteam βρεκτίαν dixerunt latini tenue auri folium, vel laminulam auream argenteamque, quæ ſuperinducitur lignis aut metallis; bratteolæ aliis vocantur. quâ de re vid. *Joh. Weizius* (ζ) quæ tamen h. l. non æquè quadrant, folia enim à numis differunt.

§. 2. Ex quibus apparet, quod nobis non ſit ſermo de iis numis, qui adulterini intus ænei (ſubærati) vel ferrei (ſubferratiles) medailles fourrées ſunt, foris autem tenui bracteâ ſive laminâ argenteâ obducti, & à nonnullis pelliculati ſeu bracteati dicuntur (η), quales varios non Romanorum ſolùm veteres, ſed noſtri quoque ævi formarunt artifices, & hinc ad veros à bracteatis hiſce dignoſcendos numos, à Romanis fuit introductum, ut proborum ambitus in modum ſerræ aſperaretur, qui nummi inde dicti ſunt Serrati (θ). Neque tales intelligimus bracteatos, quos *Strabo* (ι) notat: Ἀντὶ δὲ νομίσματος οἴδε λίαν ἐν βαθεῖ φορτίων

τίων ἀμοιβῇ χρῶνται, ἢ τοῦ ἀργύρου ἐλάσματος ἀποτεμνόντες διδόασι. i. e. *Hi* (de Hiſpanis quibusd. diſſerit) *loco numorum gravi admodum ſarcinarum permutatione utuntur, vel extenſi argenti laminæ fruſtum abſciſſum exhibent.* Neque eos dilucidabimus, qui folii inſtar erant in tenuem bracteolam percusſi numi, & dicebantur Romanis folles ſive follærales, qualis numus erat duodecima ſiliquæ pars, de quibus *Car. du Freſne* (κ) *Joh. Jonſton.* (λ) &c. Sed de iis nunc agimus bracteatis, quos à formâ, quæ tanquam bractea admodum tenuis eſt, externâ dicimus bracteatos, qui etiam in unô tantùm latere ſunt ſignati, ceu numi incuſi (μ), ita quidem, ut, ex unicâ cùm conſtent laminâ tenui, pars illa, quæ à ſuppoſito typo excavato figuram accepit, ſit convexa, altera verò, quæ percuſſa eſt, laminâ cedente, convexæ ſimilis fieret notâ, ſed concava, id quod ſatius edocet αὐτοψία.

§. 3. Hi autem noſtri bracteati variis aliàs ſignantur nominibus. Germanis enim breite dünne Müntze/ hohle/ leichte Pfennige/ Blätterlinge/ Blech-Müntze/ Schüſſel-Pfennige/ (ν) in Helvetiâ imprimis vulgò Angſter rectius Augſter; Latinis *Anguſti* (Litera u inverſa, debebant enim Auguſti nominari, quia Auguſtorum nomine, indeptâ inde facultate pluribus in locis ſignabantur (ϱ)) *Laminares, Bracteales, numi Scyphati, numi in modum ſcutellæ fabricati,* & potiſſimum *Bracteati* vocantur, quæ nomina paſſim occurrunt. (σ)

(α) *Lexic. h. v.* (β) *Origg. Lib. XVI. cap. 17.* (γ) *Ethic. Lib. V. c. 5.* (δ) *Orig. lat. lingv. p. m. 300.* (ε) *Encyclop. Lib. XXI. p. m. 25.* (ζ) *in Elucidation. Hymni cujusdam Natalitii incerti autoris, de Chriſti nativitate & patefactione Edit. Jen. 1639. lit. E. 2. 3.* (η) Marqv. Freher. *de Monet. Rom. & Germ. p. m. 16.* Joh. Smet. *Antiquitat. Neomag. p. m. 170.* Joh. Chriſtoph. Wagenſeil. *Diſſert. de Re Monetali vet. Roman. p. m. 45. ſeqv.* Burchard. Gotthelf. Struv. *Bibliothec. Numiſmat. antiqv. p. m. 137.* (θ) Tacitus *de Mor. German. cap. 5. de Germanis noſtris ſcribens:* Pecuniam probant veterem, ſerratos, bigatosque: *Eruditos varios varia hâc de re commentari excitavit, quorum nomina non ſingula adducam neque verba. Pauca tamen de iisdem ſerratis monebo. Rectius nim. legimus ſerratos, quam-*

vis

*vis alii ſerratos in Tacit. l. c. velint, quos eruditè conſ[illegible]vit* Rudolph. Capellus *in Numophylac. Lü[illegible]er. Indic. lit.* G. 6. *Hi ſerrati nomen habent à formâ, ipſorum enim numorum circumferentia & extremitas eſt ſerrata; inque modum ſerræ aſpera atque dentata, uti explicat* Lipſ. in not. ad Tacit. l. c. *& plerumque circumcirca viginti & unam, viginti duas, tres vel quatuor circiter habent inciſuras notante Excell.* G. W. Wedelio *viro hiſce in ſtudiis verſatiſſimo Program. de Numis ſerratis 1692. Jenæ edit. p. 3. Ideoq; peccarunt* Cæl. Rhodig. *Lect. Antiqv. lib. X. c. 2.* Fulv. Urſin. *Numiſm. Famil. Roman. p. m. 151.* Andr. Althammer. *Innot. ad l. c. Tacit. p. m. 99. aliique, qui numos illos vel ab impreſſâ Serræ figurâ (quales vix unquam fuiſſe conſpectos rectè aſſerit* B. Joh. Dan. Major *de Num. græcè inſcriptis p. m. 4. & laudat* Wedel. *l. c.) vel literis SER. (quas* Lipſius *l. c. ad cognomen roman. refert) nomen habuiſſe affirmant. Serratos autem reperimus varios, argenteos plures, æneos rariores, quos tamen vidi non depictos solùm æneos in Hiſtor. Regg. Syr.* Vaillant. *p. m. 329. Alexandri II. p. 383. 384. l. c. Antiochi Epiph. Dionyſii, ſed nonnullos quoque archetypos, quales aſſervat Illuſtriſſimus Comes Schvvarzburgicus ANTON. GüNTHERVS Dominus meus Clementiſſimus in Numophylacio Arnſtadienſi (cujus numiſmatum omnis generis, omnisque metalli admirandam decantare ſeriem, plures jam pruriunt cenæ) ex quibus eſt Regis Alexandri Theopatoris, in cujus unâ facie conſpicitur caput Alexandri diadematum, in alterâ Pallas galeata ſtans, dextra victoriolam porrigens, ſiniſtra tenens clypeum, cum Epigraphe:* ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Κ. Μ. *i. e. Regis Alexandri, Commune Macedonum. conf.* Vaill. *l. c. p. 257. Alius in antica parte caput Cereris,* in poſticâ ſpicam triticeam *& locuſtam, additis literis META. i. e. Metapontinorum præſentat, quem non ſerratum exhibet* Gœzius *Sicil. Tab. XXX. 4. Addo Carthaginenſem rariſſimum, quem nunquam neque in Scriptis, neque in Cimeliarchiis reperi, ejusdem nim. pars anterior Hannonis oſtentat caput cum Epigraphe;* ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΝΩ. *i. e. Regis Hannonis; poſtica Caput equinum, Carthaginenſium Inſigne. De quibus & aliis ſerratis æneis alibi*

*Deo dante uberius. Aureos ſerratos nondum vidi, licet non negaverim eosdem extare, cùm aurei eandem cum argenteis habere poſſint rationem, & forſitan* Claud. Chiffletius *ſerratos aureos indicat in Diſſert. de Antiqu. Num. cap. VII. §. 4. ſcribens:* Incidebantur Serrati circa oras, credo, ut facilius falſariorum fraudes cognoſci poſſent, qui laminis *Aureis* & argenteis æs interponebant, numosque cudebant ſubæratos. *Idem patet ex* Smet. *l. c. p. 170. Recentiores aureos ſerratos Anglicos cum effigie Regis & Inſcriptione: CAROLVS. II. DEI. GRATIA. Reverſ. MAGN. BRITAN. ET. HIBERN. REX. 1679. laudat* B. Matth. Zimmermann. *Florileg. Philolog. Hiſtor. p. m. 572. Porro obſervatum eſt, Serratos à Familiis quibusd. Roman. ſingulari ſtudio & conſuetudine fuiſſe factos, quales Corneliæ, in quibus L. SCIP. ASIAG. Poſthumiæ: HISPAN. L. ALBIN. POST. A. F. N. S. Prociliæ: S. C. PROCILI. F. legitur, ex pluribus notavi. Notetur denique, Serratos & argenteos & aureos (ſiqui fuerint) contra monetæ adulteratores, æreos verò ad ornamentum fuiſſe factos, conf.* Vaill. *l. c. p. 330. poſtquam autem Falſarii ſubæratos cudere nummos non ceſſarent, eorumque artificiosè interpoſita lamella ærea obſervari nequiret (Id quod* Joh. Jac. Chiffletius *Veſontion. Part. I. c. 16. p. m. 68. teſtatur his verbis:* Incidi nuper in Scipionis Aſiagetis numum ſerratum, qui & ſubæratus erat; adeò frequens & antiqua imò perpetua fuit artificum malitia. *conf.* Joh. Smet. *l. c. p. m. 184.) Serrationis uſum Reſpublica neglexit, etſi ſubæratio perſeveraverit, quâ de re vid.* Henr. Thom. Chiffletius *in Diſſertat. de Nummis Othon. æreis, cap. 6 Cæterùm de Subæratis & Subferratis vid.* Smet. *l. c. p. 170. 184.* Major *l. c. p. 4.* Wagenſeil. *l. c. p. 45. ſeqv.* (ι) *De ſitu Orbis Lib. III. p. m. 147. Edit. Baſil. 1549.* (κ) *Diſſertat. de Infer. ævi Numiſm. fol. 60. 61.* (λ) *Polymath. Philolog. p. m. 269.* (μ) *qui ex mente* Joh. Jac. Chiffletii *l. c. p. 68. Umbini aliàs à Cicerone Orat. pro Fontejo dicti ſunt, & tales paſſim vidi egregios, deſcriptos autem invenimus à* Joh. Jac. Chiffletio *l. c. p. 68.* Smetio *l. c. p. 171.* Tenzelio *l. c. Menſ. Octobr. Ann. 1692. in* Brackenhofferi *Muſæo Edit. Argentorat. 1683. IIX. p. m. 114. 116.*

Cata-

Catalog. Rerum antiquarum var. *Edit. Amſtelod. XII. 1688. p. 33. 34. 38. 137. &c.* (υ) *Illos autem numos* (Schüſſel-Pfennige) *non intelliges, quos aliàs patellas Iridis, Aſteriſcos, Guttas Apollinis, Flores Iridis dicimus, de quibus varia & lectu jucunda invenies apud Tilem. Friſ.* Müntz-Spiegel. *lib. I. c. 22. p. m. 45. 46. Drexel. Jeſ. Mor. P. II. c. VII. § 5. p. m. 256. Thurneiſer. in Onomaſtico p. 44. in voce* ἀρχέλι. *Gregor. Michael. in Notis ad* Jac. Gaffarelli *Curioſitates inaudit. p. m. 410. 411. &c.* (ϛ) *teſte* Joach. Vadiano, *De Collegiis & Monaſteriis Germaniæ veteribus Lib. I. ex Bibliothecâ* Melch. Haimensfeld. *Goldaſti Tom. III. Rerum Alamannicar. Edit. Francofurti 1661. fol. 29.* & Bartholom. Schobingero, *in Addition. ad laudat. Vadian. ap. Goldaſt. l. c. fol. 104.* (σ) *Tilem. Friſ.* Müntz-Spiegel *lib. III. c. 3. p. m. 89. 104. Cyriac.* Spangenberg. *de Uſu & Abuſu Monet.* Joh. Mattheſ. *Sarept. Conc. XIV. p. m. 150. a.*) Schilter. *de Libert. Eccleſ. Germ. Lib. IV. c. 4. §. 14 p. 659.* Chriſtoph. Hartknoch. *Pruſſ. Antiquit. Diſſert. XVI. p. 291. & alibi &c.*

# CAPUT II.

# DE MATERIA NUMORUM BRACTEATORUM.

## §. I.

MAjoris nunc erit momenti, reliqua, quæ promiſimus, de bracteatis noſtris explicare. Imprimis autem Materiam eorundem tradituri in mentem revocamus varias variorum hâc de re opiniones. Noſtram præmittimus ſententiam, quam deinceps rationibus & experientia illuſtrabimus. Dantur nimirum bracteati ex materiâ pura ſive totali, *aurei, argentei* & *ærei vel cuprei*, partialem ſeu mixtam conſtituunt *cuprei argento mixti.*

§. 2. Bracteatos ex *auro* unquam fuiſſe formatos, plurimi non dicam omnes hactenus affirmare recuſarunt. Ex quibus alii dubitarunt,

runt, alii prorſus aureos negârunt, illi expectantes, hi nunquam tales credituri. Rationes ipſorum non ſatis firmæ. Ex parte enim clamitant, non vidimus aureos, ergo non extant; alii, nullus perſuadebit, ergo non cuſi, & ſi qui extiterint aurei, non erunt antiqui. Quæ ſingula eô ipsô erunt confutata, quando meminerimus, quod pari artificio, jure & voluntate ab antiquis aurei potuerint formari bracteati, ac reliqui argentei & ærei, eorundem licet copia non fuerit magna, quam tamen exiguam quis dixerit, cùm jam olim tales conflati, inque maſſam auream plures fuerint redacti. Adhæc ipſa experientia & recens noſtra obſervatio luculentisſimè edocet, aureos fuiſſe percuſſos. Nummos ipſos indicabo, tres nimirum vidi in laudato Numophylacio Arnſtadio-Schwarzburgico, quorum unus duas præſentat rotas dimidias ſibi invicem oppoſitas, quas Pedum diſtinguit Epiſcopale in margine legitur: MARTINI. quarum literarum delineatio ſatis antiqua antiquum teſtatur numum. In reliquis duobus recentioribus integra conſpicitur rota, cui pedum & Crux decuſſatim ſuppoſita atque Tiara eſt ſuperaddita, quorum Inſcriptio hæc eſt: MARTINUS. 1654. Quodſi autem hi numi Erffurtenſes vel Moguntini, qui ArchiEpiſcopatum & Patronum ſuum jactant, non ſufficerent noſtram tueri ſententiam, aureum en! dabimus alium, figuram aliam, aliumque locum notantem, Colonienſem, ſcilicet, Coloniæ Agripp. Inſignia qui refert, multasque antiquitatis continet notas, quem numum varia inter cimelia Parens meus charisſimus, *Joh. Gottfr. Olearius* Superint. Arnſtad. aſſervat. Singulos autem æri incidi curavi, eò ſatius iidem quò dignoſci poſſent. Hæc inſuper jam dum innotuit, alibi adhuc plures fuiſſe repertos aureos, quos equidem nondum vidi.

§. 3. *Argenteos* non admodum raros, quin immò potiores ex argento fuiſſe cuſos, facilè dixerim. Majoris enim vel minoris moduli contemplemur bracteatos, argenteorum ſanè major erit numerus. Et quidem hi ipſi ex optimo potisſimum inveniuntur argento, id quod notavit *Friſius* (a): Dieweil die Römiſchen Pfennige dicke Gröſchlein waren/ darunter viel Fälſchreyen geſchehen/ ſo haben die Alten vom klaren Silber dünne Pfennige geſchlagen. Præſertim autem horum minores ad prima illa tempora

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0018-7

pora referendos cenſet *Hartknochius* (β) cùm ipſi ſit perſuaſiſſimum, ſubſequentibus temporibus id genus numos minutiores non fuiſſe ex argento puro percuſſos.

§. 4. *Ærei* porrò ſeu *cuprei* dantur multi, non tamen majoris ſed minoris moduli & minimi, quales paſſim variorum reperiuntur varii, & adhuc in manibus verſantur minuti. Pruſſicos quosdam cruce ſignatos depictos atque deſcriptos edidit *Hartknoch.* (γ)

§. 5. Bracteatorum denique mixta vel partialis materia eſt cuprum argento mixtum. Numi enim argentei, veri licet & puri eſſe debuiſſent, fraude tamen monetariorum mox ſunt corrupti, adeò ut non temerè conqueratur *Spangenbergius* (δ): Im 13. u. 14. Seculo ſeind der dünnen hohlen Pfennige ſo mannigfaltig hin und wieder geſchlagen worden/ und ie länger ie geringer/ daß ſie gar geringe in ihrer Subſtanz und am Schein gantz zu Kupffer worden. Meminit quoque laudat. *Paul. Mart. Sagittarius* (ε) Bracteatos ex argentô puro & tenui antè conflatos fuiſſe, quàm ratio metalla argento miſcendi ex Italiâ in Germaniam tranſierit. Experientia fraudes teſtatur.

§. 6. Cæterùm notetur, bracteatos aureos eſſe eximiæ raritatis, & eo tempore cuſas, quo aliquid memorabile accidit, ut nonnulli ſuſpicantur; argenteos magis obvios & plures antiquos, æneos autem vel cupreos potiſſimum recentiores.

(α) Müntz-Spiegel. *Lib. III. c. 8. p. m. 104.* (β) *l. c. p. 291.* (γ) *l. c. p. 295.* (δ) *de Uſu & abuſu Monet. p. m. 135.* (ε) *l. c. p. 5.*

# CAPUT III.

# DE FORMA BRACTEATORUM.

HActenus Materiam, eorundem nunc explanabimus formam. Hanc autem novimus vel externam quæ h. l. ſunt figuræ & literæ, vel internam, quam valor ſeu pondus numi conſtituit.

# SECTIO I.

# DE VALORE BRACTEATORUM.

Hâc de re non eſt, ut prolixiores ſimus, cum de pondere & valore numorum varii conſcripſerint varia. Et ſanè tanta varietas *valoris* omnibus ferè temporibus fuit numorum, ut vix certorum certum dicere poſſis pretium. De Majoribus bracteatis argenteis hæc plerumque traditur opinio, quod illi libratenus fuerint computati, nach Pfunden / ſicuti antiqui numi Halleri ſive Hallenſes, quorum in vetuſtis documentis paſſim fit mentio. Et hoc ipſum confirmare videtur copia illa bracteatorum annis ſuperioribus Lipſiæ inventa, ubi obſervatum, quod deni illorum fuerint inter ſe compacti & quaſi conglobati. Deni autem valent noſtro numiſmate IIX. groſſis præterpropter. Etiam Altenburgi tales conjunctim in vaſculo cupreô reperti Gothæ aſſervantur. Simile accidit Cizæ aliisque in locis. Minorum valorem æquè difficile eſt explicare, cùm procul dubio pro lubitu & varietate temporum iſte fuerit mutatus, tutius itaque eſt bracteatorum pondus quàm valorem indicare. Adhæc curioſis bracteatorum non valor ſed figuræ inſervient.

# SECTIO II.

# DE BRACTEATORUM MAGNITUDINE CRASSITIE & CIRCUMFERENTIA.

§. 1.

Magnitudinem ſeu Modulum in numis noſtris invenimus ferè eundem, quem Romanorum nobis tradunt numiſmata.

maximi ſc., majoris, minoris & minimi ſunt moduli, vel juxta alios primæ, ſecundæ & tertiæ magnitudinis. Ubi tamen notetur, quod minores majoribus nonnunquam ſint rariores, maximi autem omnium rariſſimi, illi imprimis ſi fuerint literis notati. Varia eorum magnitudo ex additâ delineatione apparebit.

§. 2. *Craſſities* bracteatorum eadem ferè ſemper fuit, craſſiores licet aliis nonnulli reperiantur. *Peccatum hâc in re ſuperioribus aliquot ſeculis, donec ſeculo XIII. huic incommodo ſubveniebatur,* rectè judicat *Joh. Wilh. Pfennigk* (α) Nonnunquam, enim *adeò tenuis eorum erat bracteola* (& hinc dicuntur bracteati) *ut eâ nihil queat eſſe levius,* inquit *Hartknochius* (β) Exinde etiam factum, ut numi tales terræ inſerti plerumque fuerint corrupti, quod teſtatur experientia, & *Friſius* (γ): Dergleichen ſeind in kurtzen Jahren hin und wieder gefunden worden/ darunter etliche/ ſo nicht im trucken gelegen / auch gantz ihrer dünnigkeit halber ſo verweſen/ daß ſie von einander gehen/ ſo man ſie angreifft. Nimiæ autem tenuitatis hæc fuit ratio, quia in ſolidis cudendis eximia fraus adhibita, eosdem vel ſubæratos vel ſubferratos efficiendi, in bracteatis autem tale quid non æquè fieri potuit; Id quod laudat. *Friſius* (δ) innuit; Es ſeind dünne Pfennige geſchlagen worden/ dieweil die Römiſche dicke Gröſchlein waren/ darunter viel Fälſchereyen geſchehen. Et hinc etiam factum, cùm iſtis numis quotidianô uſu detritis multum decederet, ut elapsô decenniô opus eſſet compenſatione, ne pondus numorum imminueretur, id patet ex *Privilegio Culmenſi* num. 40. (ε) Dicta moneta non niſi ſemel in ſingulis decenniis renovetur, & quoties renovata fuerit, XII. numi novi pro XIV. veteribus cambiantur.

§. 3. *Circumferentia* in aliis quidem numis datur diverſa, ſerrata ſcil., oblonga, quadrata, &c. Sed noſtri omnes & ſinguli integri ſunt rotundi, integri inquam, aliàs enim ex vitio æruginis vel injuriâ temporis facilè accidit, ut eorum circumferentia, nimis ſerrata nonnunquam appareat, multæque pereant particulæ.

# SECTIO III.
# FIGVRAS BRACTEATORVM
## Recenſet.

§. 1.

Quilibet autem bracteatorum unicum convexum nobis oſtendit *latus*, figurâ tantùm vel Inſcriptione ſimul ſignatum. *Figura* eſt vel animati vel inanimati, utrumque vel ex parte vel integrum ſeſe præſentat.

§. 2. Ad *figuras* animatorum pertinent Icones Imperatorum & Regum, qui potiſſimum coronati viſuntur, alterâ manu ſceptrum vel globum tenentes; Ubi notavit laudat. *Schilterus* (ξ.) eos numos, qui aliquid aliud referant, quàm globum, eſſe veteriores Henrico II. adeoque Ottonum vel Francorum Regum, verba ipſa hæc ſunt: *In antiquis numis* (de bracteatis autem h. l. diſſerit, quorum duos æri l. c. dedit inciſos) *Imperatorum & Regum Germanorum ante Henricum noſtrum excuſis notatu dignum, quod globus ſeu orbis duplex conſpicitur, id quod ad ea tempora referendum arbitror, quibus Imperium Occidentis in Orientem extendebant Imperatores noſtri, aut ſaltem prætenſionis reſervandæ gratiâ.* conf. *Glaber Radulphus*, Monachus Cluniacenſis in Burgundiâ, qui hiſtoriam ſuam ſcripſit Imperante Henrico III., quam laudatus *Schilter.* l. c. allegavit. Eosdem videmus in bracteatis quibusdam, ſtantes, ſedentes, in aliis Equites armatos, manibus vexilla & clypeos gerentes, qui videntur eſſe Reges Francici, quorum Inſigne ſummæ venerationis auriflammeum fuit vexillum vid. *Limnæus* (η). Porrò occurrunt effigies Ducum, Marchionum, Landgraviorum & Comitum, qui potiſſimum armati Equites gladios, vexilla, clypeos aquila vel leone ſignatos gerunt. Eosdem quoque nonnunquam ſtantes vel ſedentes galeis, pileis ducalibus, aliisque geſtaminibus unionibus exornatis conſpicimus tectos. Additas iisdem non raro cernimus turres, urbes & arces, quas vel ipſi ædificarunt vel inhabitarunt. Cæterum notetur, quod aſſerit laudat. *Schmidius* (θ): *In numis bracteatis nil frequentius eſt, quàm ut perſonæ*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0022-0

*ſonæ vel ſeculares vel eccleſiaſticæ inſideant vel ſellæ vel arcui ſive ponti, inter duas turres poſito, ad indicandam majeſtatem, Dominium & potentiam, quam in quibusdam regionibus, quarum characteres ſunt turres, habuére.*

§. 3. Huc etiam referendi Sancti & Sanctæ, ArchiEpiſcopi & Epiſcopi, Abbates & Abbatiſſæ. Illæ ipſæ autem figuræ facilè dignoſcuntur ab aliis civilium, plerumque enim *ſanctorum* capita nimbo ſunt circumdata, manibusque tenent palmam, librum, crucem, ſedentes potiſſimum in arcu. Reliqui *Sacri* tiaram in capite geſtant vel mitram, pedumque additur paſtorale ſeu lituus, crux, liber apertus, caſulis quoque & aliis veſtimentis ſacris apparent induti.

§. 4. Animatis accenſemus figuras Avium & volatilium, Aquilæ, Cygni &c. Quadrupedum, Leonis, Cervi, Bovis, Agni; Natatilium, piſcium aliorumque; Addimus figuras vegetabilium, Florum, Fructuum, foliorum, & quæ hujus generis ſunt aliæ, quas varias in bracteatis videmus; Ubi notetur, Ejusmodi figuras & ſequentes alias inanimatas eorum plerumque eſſe Inſignia, quorum Juſſu numi illi fuerunt percuſſi.

§. 5. Reperiuntur quoque in bracteatis figuræ rerum inanimatarum, quales ſunt: Turres, Templum, Caſtellum, Porticus, Rota, Ferrum Molendinare, clavis, furca, Tiara, Corona, Pedum, gladius, clypeus, litera, variæque ſignaturæ heraldicæ &c. Quas figuras ſingulas quis recenſebit; *Friſius* (1) inquit: Im 13. und 14. Seculo ſeind der dünnen hohlen Pfennige ſo mannigfaltiges Schlages und Gepreges geweſen, von Roſſen, Lilien, Fiſchen, Köpfſen, Kränzen, Wapen und Bildern, daß alle nicht nützlich zuerzehlen.

## SECTIO. IV.

# DE INSCRIPTIONIBUS BRACTEATORUM.

§. 1.

PRogredimur ad Bracteatorum Inſcriptiones, quibus continentur literæ, voces & cifræ. *Literæ* ſunt variæ, quæ felicius ex

ipſis numis addiſcuntur. Hæ autem non ſunt ſolùm antiquæ, ſed inverſæ quoque reperiuntur. *Voces* ipſæ ſunt vel integræ vel abbreviatæ. De integris non eſt, quod dicam, abbreviatas nonnullas explicabo. e. g. AB. Abbas. ABT. Abbatiſſa. ARCIEPC. ARCHIEPS. ArchiEpiſcopus. D. GI; D. G; DEI. G; DEI. GRA; DI. GRA; Dei Gratia. EPSCOPS. EPSCOP. PISCO. EPC. EPS; Epiſcopus. FRAT. Fratres. IM. Imperator. M. F. me fecit. M. Marchio ſeu Martinus. MA. Martinus. PROTOM. Protomartyr. S; SC; SAT; SCTS; Sanctus. STPANVS. Stephanus. THV. Thuring. &c. &c. Plures ex Sylloge Bracteatorum Cap. vi. patefient. Optimè autem ex ipſius Inſcriptionis contextu explicabimus abbreviaturas. Dantur porro voces retrogradæ, à dextra nim. ad lævam excurrentibus literis e. g. ROTAPMI. SVCEDIRF. i. e. FRIDEriCVS. IMPerATOR. it. SVNAHPETS. i. e. STEPHANVS. &c. quod facilè ex negligentiâ ſculptoris non raro contingere licuit. Sæpius quoque in vocibus occurrit literarum Epentheſis e. g. HEREMAIN. i. e. HERMAN. Syncope, e. g. HRSFELO i. e. HIRSFELO. BERNAD. pro BERNHARD. Metatheſis, e. g. LVEDWICVS, pro LVDEWICVS. DXV pro DVX. &c. Notemus quoq; literas ſibi invicem nonnunquam ſupponi, vel affines e. g. B. pro P. C. pro T. D. pro T. N. pro M. E. pro Æ. C. pro Q. & vice verſa. vel planè diſſimiles e. g. LVDSWICVS pro LVDEWICVS, FPAT. pro FRAT. LVCINOA pro DVRINGA. &c. Hæc & alia probè ſunt obſervanda, ne ſtatim moroſi numos ejusmodi ceu inexplicabiles temerè abjiciamus. Certè enim tot invenies obſervationes, quot videre licuerit bracteatos.

§. 2. *Cifræ* quoque in bracteatis viſuntur, ſed tantùm in recentioribus noſtri ſc. ſeculi, quales ſunt Erffurtenſes, Brunsvicenſes & alii. Memini equidem, in numô quôdam bracteatô argenteo (quem poſſidet rariſſimum Excell. Dn. *Zollmannus* Conſil. Saxon. Antiquitatum inveſtigator diligentiſſimus,) me vidiſſe hanc Epigraphen: BERNADVS. DVX. SAXONIE. MOSI. i. e. Bernhardus Dux Saxoniæ, cujus effigies integra vexillum & gladium tenens manibus, capite galeato, pallioque induta conſpicitur; reliquæ autem literæ à nonnullis dicebantur cifræ Romanis numeris mixtæ, eâque ratione explicandæ: MOSI. i. CIↃ C 81. 1181.

quâ

quâ de re egregiè & accuratè more ſuo egit *Cl. Tenzelius* (κ) hæc addens verba: Es iſt in nummis bracteatis germanicis gantz unerhört/ daß die Jahr-Zahl wann der Numus gepreget/ darauff geſetzet worden/ derohalben ich lieber was anders/ was es auch wäre/ daraus machen wolte. Alſo könten es rechte Buchſtaben ſeyn MOSI, und bedeuten MOnetam SIgnavit. Et quamvis in vetuſtioribus ſcriptis cifræ arabicæ romanis numeris reperiantur mixtæ e. g. CIↃ CC 83. *in feſtivitate Sanctorum Angelorum.* Illud ipſum tamen de bracteatis aſſerere erit difficile. Hinc laudat. *Tenzelius* (λ) monuit. Daß aber auch ſolcher Miſchmaſch auf des Bernhardi Blech-Müntze vorkomme in Ziffern/ ſtehe ich an zu gläuben/ nicht allein darum/ weil ſonſt keine Blech-Müntze mehr mit der Jahr-Zahl zu finden/ ſondern auch/ weil die angegebenen Zahlen nicht eigentlich exprimiret/ ſondern die andre mehr einem O als C und die dritte mehr einem S. als einer 8 ähnlich ſiehet. Eandem nobiſcum tuetur ſententiam Reverendiſſimus *Dn. Gerhardus*, Abbas Liberi & Imperialis Monaſt. Loccumenſis, quem jam pridem Anteſignanum rerum antiquarum peritum proclamarunt curioſi; Ejusdem verba ita recenſet *Tenzel.* (μ) Es wurde mit ein Extract aus einem Schreiben des Herren Abts Molani (welcher über 200. bracteatos ſive laminares beſitzet/ auf deren keinen aber ſich die Jahr-Zahl findet) communiciret/ welcher nicht glaubet/ daß man Carolorum & Ottonum temporibus eine Jahr-Zahl darauff geſetzet/ noch viel weniger/ daß man die itzo gemeldeten Ziffern gebrauchet/ und 1181. geſchrieben. Interim hâc de re ſub judice lis ſit, donec firmioribus argumentis, & quod firmiſſimum, *antiquis* numis cifræ vel numeri in bracteatis demonſtrari poterunt.

§. 3. De *Punctis* denique notetur, quod illa non ſemper juſto poſita fuerint loco, imò ſæpius omiſſa, & exinde perigraphen accuratius ſcrutaturus ſingulas depinget literas, poſtea enim facilè apparebit, literæ quæ ſint conjungendæ vel ſeparandæ.

§. 4. Hæc de formâ & figuris bracteatorum dixiſſe ſufficiant. Aſt optarem, numos ipſos ut quilibet aſpicere poſſet, hâc enim ratione multa facili negotio, dixerim ferè potiora, obſervari & addiſci poſſent. Cùm verò ſingulis haud liceat eſſe tam felicibus, omnes & ſingulos, quos unquam vidi bracteatos (mihi

ſi vires vitamque conceſſerit Deus) propediem depictos communicabo, eosque potisſimum deſcriptos.

(α) *De Rei nummar. Mutat. & Augm. p. m. 144.* (β) *l. c. p. m. 291.* (γ) *l. c. p. m. 108.* (δ) *l. c. p. 104.* (ε) *ap. Hartknoch. l. c. p. m. 291.* (ζ) *l. c. Lib. III. c. 9. §. 7. p. m. 405.* (η) *Jur. Publ. Lib. I. c. 14. Add.* (θ) *l. c. p. 5.* (ι) *l. c. p. m. 135.* (κ) *Colloqv. Menſtr. Ann. 1691. Menſ. Aug. p. 619. coll. p. 994. 1042.* (λ) *l. c. 1693. Menſ. Jun. p. 455. 456. conf.* Mabillon. *de Re Diplom. Tab. XV. num. 9. qui Codicem MS. inter ſcriptores ſeculi XV. refert, inque eô X2. X3. X4. pro 12. 13. 14. poni obſervat, addit:* Illud in hoc Codice ſingulare eſt inprimis, quod numeri Romani in ſerie capitum permiſti ſunt cum arabicis, (μ) *l. c. p. 457.*

## CAPVT IV.

# DE IIS, QVI BRACTEATOS FORMARVNT.

SCrutabimur nunc bracteatorum Cauſam cùm Efficientem principalem, i. e. illos, quibus tales numos cudere permiſſum, tum minus principalem, qui nim. artificio ſingulari eosdem juſſu Superiorum formarunt.

## SECTIO I.

# DE IIS, QVORVM JVSSV ET AVTORITATE BRACTEATI PERCVSSI SVNT.

§. 1.

EX ſcriptis & numis ipſis apparet, bracteatos à civilibus æquè ac ſacris fuiſſe ſignatos. Ad Sacros pertinent ArchiEpiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ & Monaſteria. Explicat hoc ipſum laudatus *Vadianus* (a) his verbis: *Jam & hoc Collegiorum & Monaſte-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0026-2

*naſteriorum Germanicorum dignitati eſt datum, quod argenti ſignandi facultas illis quondam conceſſa eſt, non alia magis cauſa, quæ quidem explorata exiſtat, quàm quod earum rerum, quæ ſingularem fidem & ſinceritatem requirunt, cura tutò illis delegari videbatur, quibus ſumma ipſa pietatis & integritatis omnium conſenſu & opinione concredita fuiſſet.. Unde hodieque maximè per Helvetiam, quæ magna quondam Alemanniæ pars erat, antiqui numi cernuntur Præſulum, & Abbatum, atque etiam Abbatiſſarum imaginem præferentes --- ac numi quidem per Alemanniam excuſi, ALTERA TANTUM PARTE MONETAM PRÆFEREBANT*; (i. e. bracteati) *altera vacui.* addatur *Lebmannus* (β) Eadem & alia indicat *Friſius* (γ): Der dünnen Pfennige werden auch geſchlagen von Biſchöffen/ Mäyntz/ Magdeburg/ Bremen und andern Stifften. Ipſi numi, figuras & nomina ArchiEpiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, ut & Monaſteriorum, additis nonnunquam eorundem Inſignibus, produnt.

§. 2. Civilem conſtituunt Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Landgravii, Comites & Urbes. Confirmat *Friſius* (δ): Es werden dünne Pfennige nicht allein von denen Käyſern/ ſondern auch von andern Braunſchweigiſchen und Sächſiſchen Herren/ an der Elbe bey Lüneburg/ Herzogen Herrmann und ſ. w. gepreget. *Idem* alibi (ε): Es ſeynd vor dieſen ſchier an allen Oertern/ dar eine ſonderbahre Obrigkeit geweſt/ breite hohle Pfennige geſchlagen/ die nicht weiter als das Gebiete gegolten/ von vielen Fürſten/ Grafen/ Klöſtern/ Städten/ die nicht zuerzehlen ſeyn. Hæc & alia Bracteatorum illuſtrabit Sylloge.

## SECTIO II.

## DE LOCO, ARTE, ET ORIGINE BRACTEATOS FABRICANDI.

§. 1.

ILli autem, juſſu & impenſis Superiorum bracteatos qui cudere debebant, erant *Monetarii*, non ejusdem peritiæ neque artis.

tis. Horum *Officinæ Monetales* in celebrioribus plerumque erant urbibus, in ipſis quoque Monaſteriis. Id quod notavit *Friſius* noſter (ζ): Sie ſeind an manchen Orten in Klöſtern/Abteyen/Stifften/ Städten hin und wieder geſchlagen worden. Et inprimis quidem officinas quasdam Monaſteriorum recenſet *Vadianus* (η): *Id genus officinas monetales habuere in Alemanniâ primum Monaſterium S. Leodegarii, quod apud Lucernam vetuſtiſſimam extitit, poſtea Monachiſmo abrogato in Collegium Canonicorum commutatum eſt: item Monaſterium Virginum, quod Thuregi fuit (ſic tum Tigurum vocabant.) Præterea Monaſterium S. Galli, cujus numi agnum vexilliferum, hoc eſt paſchalem præferebant, &c.*

§. 2. Paucis de *modô* ediſſeram, bracteati noſtri quô fuerint formati. Mihi ſanè haud alia adhibita videtur ratio, quàm illa, quâ Romanorum incuſi conficiebantur numi, de quibus ſupra. Ipſum artificium egregiè explicat *Joh. Jac. Chiffletius* (θ) his verbis: *Incuſos recentiores vocant, quaſi intus cuſos; malleo enim ſuper formâ, ſive typo concavo percuſſi ita ſignabantur, ut pars, quæ à ſuppoſito typo excavatô figuram acciperet, convexa eſſet; altera verò quæ percuteretur, cedente laminâ, convexæ ſimilis notâ fieret, ſed concava.* Huc quoque referam, quæ B. *Joh. Matheſius* hâc de re ſentit (ι): Ich will gerne glauben/ daß für Alter die dünne oder leichte ſilberne Groſchen und Pfennige mit hültzernen Stempeln gepreget ſeyn. Quæ ratio priori non contraria, etſi enim antiquis temporibus typarium fuerit ligneum, ſuppoſitumque eidem corium (ſicuti ex aliis audivi) quò lamina eò citius cedere potuerit, (id quod etiam nonnulli indicare videntur bracteati, rudi admodum figurâ notati) poſterioribus tamen & magis politis temporibus etiam ferreô ſeu chalybeô Iconiô dubio procul numi hi ſunt percuſſi, literæ enim nonnullorum ipſæque figuræ quàm pulchrè conſpiciuntur expreſſæ. Alii putant typarium ferreum ſeu chalybeum ligneo fuiſſe affixum manubrio, & in ipſorum numorum margine nonnunquam veſtigia apparere clavorum, quò etiam ſpectant verba *Tenzelii* (κ): Es iſt auff einer iedweden Ecke dieſer Bracteatorum ein rund O zu ſehen/ welches Käyſer Otten zu bedeuten ſcheinet. Mir komt es aber vor/ als wenn es Indicia weren der 4. Nägel/ damit das Gepräge auff dem Stempel gehefftet worden.

Quam-

Quamvis etiam dixerim, notulas illas varias (quales in aliis cruciatæ, ſtellatæ &c. viſuntur) in ipſo typario extitiſſe inciſas, ut bracteatis ſimul ornatûs gratiâ in margine imprimerentur. Aliàs eorum quoque metallum antea igne benè temperatum præparari, poſtea in lamellas æquales (quæ κέρματα dicuntur) conciſum Iconio cudi & ſignari debuit.

§. 3. Quando denique hi numi primùm fuerint percuſſi, nullibi certum colligere licuit tempus. Ex numis ipſis hactenus obſervatum, jamdum Ottonis tempore tales fuiſſe formatos. Aſſerit quidem *Friſius* (λ) vetuſtiores, eosque etiam Seculo III. & IV. V. poſt Chriſtum natum. Multi tamen ex curioſis ſtatuunt, ante Ottonem nullos extitiſſe bracteatos.

(α) *l. c. fol. 29.* (β) *Chronic. Spir. Lib. III. c. 12.* (γ) *l. c. Lib. III. p. 108.* (δ) *l. c. p. 108.* (ε) *l. c. Lib. I. c. 20. p. 41* (ζ) *l. c. p. 135.* (η) *l. c. p. 29.* (θ) *Deſcript. Veſont. P. I. p. m. 68.* (ι) *Sarept. Conc. XIV. fol. m. 150.* (κ) *l. c. Ann. 1689. Menſ. Nov. p. m. 1157.* (λ) *l. c. lib. I. II. & III. paſſim.*

# CAPUT V.

# DE FINE BRACTEATORUM.

§. 1.

USui autem rerumque memoriæ bracteati noſtri inſervire debebant. Saluti enim publicæ numi tales, argentei imprimis puri erant adinventi. Noſtro tempore eorum uſus deſiit, minores licet nonnulli paſſim adhibeantur & recentiores Erffurtenſes vulgò Frey-Pfennige dicti. Cæterùm de Bracteatorum valore egimus cap. II. Sect. I.

§. 2. Rerum quoque geſtarum memoriam his ipſis numis conſervari voluerunt veteres, id quod teſtatur laudat. *Cyriac. Spangenberg.* his verbis: (α) Die dünnen und zum Theil gar breite Pfennige ſeind anders nichts/ denn Gedächtniſſe geſtiffteter oder neu-

gebauter Kirchen/ Capellen und Clauſen. Darüm auch mehrentheils Biſchöffliche/ Prælatiſche/ oder der Heiligen ſtehende/ ſitzende oder reitende Bildniſſe darauff gepreget/ ſelten findet man/ wo ihrer viel bey einander eines Käyſers/Königes oder Fürſten-Bild und Nahmen darauff/ darum ſeind es meines Erachtens nur Gottes Pfennige geweſen/ die man beneben zugeſagten und vertröſteten Ablaß/ denen mitgetheilet/ die etwan zu ſolchen Gebäuden etwas geſteuret. Et hinc nomen iſtud fuiſſe ortum opinor, quod bracteati illi, in quibus ſancti vel ſacræ perſonæ apparent, dicantur Heiligen-Pfennige.

§. 3. Ejusmodi & alii in veterum urbium ac exciſarum domorum ruinis & parietinis tanquàm in theſauris (non ſemper à malevolis (β) ſeu timidis belli tempore) hac illac, ſtudio reconditi non raro reperiuntur; Immò inter ſingulorum nonnunquam lapidum commiſſuras latitant inſerti, unde præter ſpem à curioſis eruuntur. Hæc ipſa *Joh. Maurit. Gudeni* (γ) illuſtrabo verbis: *Mœnia Erffurti in Petrino Monte imbecilliora videbantur; Igitur vallum ibi, foſſas & alia munimenta ducunt, cùm mœniorum pars dirueretur, antiquisſimi nummi argentei* (bracteati ſc. quos pag. 18. l. c. æri dedit inciſos) *in iis inventi ſunt. ArchiEpiſcoporum imagines exhibent, qui ante quatuor, quinque & ſex ſecula vixerunt: erecto ante ſecula muro, numi veteri more ſuppoſiti ſunt.* Hi nummi Erponem & Eberhardum præſentant ArchiEpiſcopos, de quibus in Sylloge.

§. 4. Quod reliquum eſt, notemus, numos non ſolùm illos, ex induſtriâ memoriales qui ſunt percusſi, ſed alios quoque, uſui aliàs qui fuére addicti, varias res notatu dignas indicare atque declarare.

(α) *De Uſu & abuſu monetar.* (β) *Non abs re erit mirabilem Hiſtoriam Walckenriethenſem ex relatione B.* Morhoffii, Joh. Sternii *Bibliopolæ Lüneburgenſis, atque* Jacobi Weizii, *Medici & Conſulis Gothani celeberrimi, à Clariſſ.* Sam. Reyhero *in Diſſertatione de Nummis quibusdam ex Chymico Metallo factis multâ eruditione conſcriptâ Cap. XXXVI. p. m. 132. 137. Edit. Kilon. IV. 1692. traditam enarrare; Verbis utar laudati* Reyheri: *In Cœnobio Walckenriethenſi, ubi olim Monachi Benedictini*

*nedictini vixerunt, poſtea adoleſcentes & pueri ſcholam frequentantes Ducali munificentiâ ſuſtentati ſunt, accidit aliquando, ut adoleſcentes in periſtylio metam ponerent, quam ſaliendo ſuperare certabant; Dum ita certant, unus illorum in loco quodam pedibus hærebat ita, ut neque ipſe recedere nec à commilitonibus ſubtrahi poſſet.* Aliquis illorum advocat Præceptorem, qui itidem adoleſcentem ex loco ſuſpecto removere, ſed fruſtra conatur. In mentem igitur venit (Rectori,) locum, ubi conſiſtebat puer, conjuratione ita diſpoſitum fortè eſſe, ut recedere non poſſet, niſi aliquid occultum manifeſtaſſet. Jubet igitur undique circumſpicere, cumque adoleſcens obtemperans animadverteret in pariete literas ac characteres, illosque Præceptori deſignaſſet, intellexit ibi latere aliquem theſaurum, & è veſtigio puer antea quaſi affixus liberè ex loco conjurato recedere potuit &c. *Hiſce addita ſunt* Sternii *verba:* Der *Rector* redet davon/und wird in dem Pfeiler nach der Anweiſung geſuchet/ auch ein ſteinern Geſchirr eingemauret gefunden (*laudat.* Weizius: In dem Fenſter aber war ein Kaſten mit Steinen ſehr wohl gefüget/ daß man ihn mit Steinen hat zuſchieben können) mit Gelde ſo wie ein viertheil Rthalr. von Gröſſe/ aber ſehr dünne geſchlagen geweſt; Der Topff mit dem Gelde iſt dem Herzog **Chriſtian Ludwig** Chriſtmilder Gedächtniß/ nach Zelle gebracht. *Hâc de re* Tenzelius *ſic judicat, Colloqv. Menſtr. 1693. Menſ. Aug. p. 605.* Das dünne Geld iſt ohne allen Zweiffel von der Gattung geweſen/ ſo man *numos bracteatos* oder *laminares* nennet/ und vielleicht von einem geitzigen Abte oder Mönche mit einer Teuffels-Beſchwerung daſelbſt beygeſetzet worden. Und wer weiß/ ob nicht eben der ehrliche Bruder Adolphus Meutha Schuld dran iſt/ welchen Henricus Eckſtormius *in Chron. Walkenriethenſi ad A. C. 1318.* als der *Chymie*, *Medicin* und *Necromantie* ergeben und deshalben den andern Brüdern verhaſſet beſchreibet/ daher er nach *Amelungsborn*, *Marienroda* und endlich nach *Loccum* entwichen/da er nach etlichen Monaten auff dem heimlichen Gemach todt gefunden worden. *&c. Digna omninò hæc res eſt, quæ apud laudatos ſcri-*

 *ptores*

*ptores evolvatur atque integra legatur. (γ) Hiſtor. Erffurt. Edit. Duderſtad. IIX. 1675. lib. I. p. m. 18. lib. III. 262.*

# CAPVT VI.

# BRACTEATORVM
## exhibet Syllogen.

MAgnum equidem numerum deſcriptorum communicare potuiſſem bracteatorum, ſed quid ſcripta non picta? Hæc itaque erant reſervanda, eosque ſolùm nunc recenſendos putabam numos, quos ipſæ dilucidant Inſcriptiones. Inter illos autem invenies quosdam & integritate & raritate magnopere delectabiles, quales haud unquam ab aliis ſunt viſi, nec editi in lucem. Horum potiores ex incomparabili Gazâ Arnſtadio-Schwarzburgicâ clementisſimè fuiſſe communicatos, non erat reticendum; Reliquos aliunde, ex laudati imprimis Parentis mei Cimeliarchio deſumſi, nonnullos quoque ex propriâ addidi arculâ; Quos ſingulos commentariis illuſtrare jam non vacat, Epigraphen tamen cujuslibet numi, rationibus potisſimum firmis, nonnunquam etiam probabilibus nixus explicavi, eosque ſemper ſubjunxi Scriptores, ubi quosdam depictos vel deſcriptos invenire liceat, quos ipſos ſuo loco inſpexiſſe non pœnitebit. Characteres ſeu literæ græcæ præfixæ numorum demonſtrabunt magnitudinem, quantus nim. cujusvis ſit ambitus, hujusque figuram diverſis circulis notabilem æri tradidi inciſam. Seriem denique alphabeticam in commemoratione numorum de induſtriâ obſervavi, plures hâc in re cùm extiterint cauſæ. Nunc ipſi ſequantur nummi.

Num. † † †

I. θ. A. i. e. Albertus. Thuring. Landgrav. Figura Equitis armati cum vexillo & clypeo, à tergo extat litera A.

II. ι. A. O.

II. ι. A.O. Inter has 2. literas & frondes nonnullas additas, figura ſedet Sancti, dextrâ palmam, ſiniſtra librum tenentis apertum. Ipſæ literæ in ſepulchris antiquitus apponebantur, ad denotanda ea Catholicorum non Arrianorum eſſe. Conf. *Laur. Ramirez.* in not. ad Luitprand. Chron. p. 363. *Ambroſ. de Morales* Lib. II. Hiſtor. c. 41. p. 48. *Ant. Auguſtin.* Dialog. I. p. 9. *Zimmermann.* l. c. p. 61. 62.

III. δ. ABAS. i. e. ABbAS. Figura ſedens in arcu, (ſub quô Stella conſpicitur) dextra manu Pedum, ſiniſtra tenens librum.

IV. ζ. ABAS. i. e. ABbAS. Eadem figura moduli diverſi.

V. μ. AGNES. ABT. i. e. AGNESa. ABbaTiſſa. Sancta ſedens, in cujus dextrâ florem, ſiniſtrâ librum conſpicimus apertum.

VI. μ. AGNES. ABBATISSA. i. e. AGNESa. ABBATISSA. Sancta ſtans, in dextra librum apertum, ſiniſtra habens palmam, additæ ſunt turres.

VII. μ. AGNES. ABBATISA. IN. CVEDELENBV. i. e. AGNESa. ABbATISſa. IN. QVEDELENBVrg. Sancta ſedens in arcu inter 2. turres, dextra crucem, ſiniſtra florem exhibens. vid. *Maderi* Chron. Mont. Seren. p. m. 205.

VIII. ζ. AMAN. i. e. AMANdus. Caput Epiſcopi inter turres.

IX. γ. B. i. e. Brunſvic. Leo erectus. Huic numo additi ſæpius numeri annorum.

X. δ. B. i. e. Baſilea. Epiſcopi facies & Inſigne Baſil.

XI. γ. BA. Idem denotat, additâ eâd. figurâ.

XII. ι. BERNADVS. DVX. SAXONIE. MOSI. i. e. BERNhArDVS. DVX. SAXONIaE. Figura ſtans galeata, dextra vexillum, ſiniſtra gladium gerens, pallio veſtita & thorace. Reliquæ literæ MOSI quid ſignificent, nondum liquet, vid. quæ ſupra diximus Cap. III. Sect. IV. §. 2. conf. laudat. *Tenzel* l. c. 1691. p. m. 619. &c.

XIII. ζ. BERNARDVS. DVX. i. e. BERNhARDVS. DVX. Sax. Eques armatus cum vexillo. vid. *Tenzel.* l. c. p. 619. — 625. 994. 1042.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0033-1

XIV. δ. BERNARD. i. e. BERNhARDus. Idem cum præcedentibus. Figura armata ſtans, dextra gladium, ſiniſtra vexillum ſervans, ad latera ejusd. viſuntur turres, quas arcem Lauenburgenſem denotare aſſerit laudat. *Tenzel.* l. c. p. 625.

XV. ε. BERNAR. i. e. BERNhARDVS. Caput galeatum.

XVI. κ. BERTHOLDVS. D. GI. i. e. BERTHOLDVS. Dei GratIa. Figura ſedens, dextra Pedum ſiniſtrâ geſtans crucem.

XVII. δ. BONIFACIVS. Figura ſedens dextra lituum, ſiniſtra librum tenens apertum. NB. Iſte Numus ſi eſſet Bonifac. coævus, etiam ante Ottonis M. tempora bracteatos fuiſſe cuſo: eo ipſo demonſtrari poſſet.

XIIX. ζ. BRHT. i. e. BuRcHarT. Figura ſedens. dextra Pedum, ſiniſtra Crucem tenens.

XIX. κ. C. D. G M. i. e. Conradus Dei Gratia Marchio. Ædificium ſacrum.

XX. ν. S. MARTINV. CRISTANV. ARCIEPC. N. i. e. Sanctus MARTINVs ChRISTiANVs ARChIEPisCopus Moguntinus. In arcu cernitur ſancti figura media, dextram attollens, ſiniſtra exhibens librum. Infra ArchiEpiſcopi extat figura media, cujus ſiniſtra Pedum tenet, dextra verò librum oſtendit digitis in pulpito erecto jacentem; cæteroquin adſtant turres.

XXI. κ. CVNRAD. i. e. CVNRADus. Crux furcata, in cujus angulo 1. caput hom. 2. clavis, 3. Lilium, 4. Pedum ſpectatur.

XXII. η. CVNR. i. e. CVNRadus. Figura ſub arcu, dextra Pedum, ſiniſtra librum geſtans, ſupra poſitæ ſunt 5. turres.

XXIII. ι. CONRADVS. ARCHIEPS. MAGVNTI. i. e. CONRADVS. ARCHIEPiScopus MAGVNTIaE. Figura ſedens dextram elevans, ſiniſtra ſervans Pedum, additæ ſunt turres.

XXIV. κ. DIETERT. EPSCOP. i. e. DIETERiCus EPiSCOPus. Figura ſedens, in cujus dextra lituum, ſiniſtra Clavem conſpicimus.

XXV. δ. DXV. i. e. DVX. Figura armata ſtans, dextra vexillum, ſiniſtra clypeum tenens.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0034-6

XXVI. α. E. A. i. e. Erneſtus. Albertus. Duo gladii in decusſim trajecti, duóque pali. Inſign. Saxon.

XXVII. λ. EBERHARDVS. MAGVNCIE. ARCHIEPISCOPVS. Figura ſtans, dextra palmam ſiniſtra Pedum exhibens. conf. *Gudenus* l. c. p. 18. 262.

XXIIX. δ. E. L. R. T. Forſitan Eberhardi LandgRaviaTus Nelleburgenſis h. l. indicatur, quod arguit additum Inſigne, Galea ſc. 2. cornibus cervinis ornata, conf. *Spener*. Op. Herald. Part. Spec. Lib. II. c. 57. p. m. 498.

XXIX. ι. ENGELHAR. i. e. ENGELHARdus. Figura ſedens, dextra crucem, ſiniſtra tenens pedum.

XXX. ν. ERPO. ARCHIEPISCOP. SC. MARTINVS. MAGVNCIE. DOMINVS. Sanctus Martinus ſedens in arcu porrigit Eleemoſynam pauperi, ad ſiniſtram (quâ tenet librum) adſtat alia ſacra perſona. Infra porticum Erponis figura media cernitur dextra Pedum, ſiniſtra librum geſtantis apertum. conf. *Guden*. l. c. p. 18. 262.

XXXI. λ. FARMAN. DE. LOPDEBVRC. i. e. FARIMAN. DE. LOBDEBVRG. Figura armata ſedens ſub porticu turribus ornatâ, dextra gladium, ſiniſtra ſceptrum gerens liliatum.

XXXII. α. F. I. G. i. e. Fridericus. Johannes. Georgius. Duo gladii decuſſatim poſiti, & trabes ſerto rutaceo ſuperinducto, Inſign. Saxon.

XXXIII. ν. FPAT. i. e. FRATres. Figuræ 2. ſedentes, inter quos erecta crux cernitur. Eô ipſo Concordianus Fratrum indicari, nonnulli opinantur.

XXXIV. ι. FRIDECVS. IMPATOR. i. e. FRIDEriCVS. IMPerATOR. Figura coronata ſedens, dextra lilium, ſiniſtra pomum Imperiale ſervat geminatum. vid. quæ ſupra Cap. III. Sect. IV. §. 1. & Sect. III. §. 1.

XXXV. λ. FRIDERICVS. IMPERATOR. MVLEHVSIENSIS. DENARIVS. Eques armatus, capite coronato & vexillo conſpicuus, à tergo viſuntur turres. Numus iſte eximiæ raritatis in Ampliſſimi Senatûs Lipſienſis Bibliothecâ magnificè exſtructâ cum aliis cimeliis viſu dignis aſſervatur.

XXXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0035-2

XXXVI. θ. EPSCOPS. GOR. NAVMBVRAGES. M.F. i. e. EPiSCOPuS. GeORgius NAuMBVRAGenSis. Me Fecit. Figura ſedens in arcu, dextra Crucem ſiniſtra Pedum tenens, additæ ſunt turres.

XXXVII. α. G.H. i. e. Gunther. Henricus. Leo & Furca Inſign. Schwarzburg.

XXXIIX. ζ. HENR. i. e. HENRicus. Figura media, dextra Pedum, ſiniſtra librum ſervans.

XXXIX. η. CICE. HENGI. i. e. CICEnſis HENRIcus. Figura Epiſcopi ſedentis in arcu, dextra Crucem, ſiniſtra pedum exhibens.

XL. ζ. SAT. HERBERTVS. i. e. SAncTus HERBERTVS. Figura in porticu, ſiniſtra Pedum tenens, dextram attollens, adſtant turres & ſupra 2. capita cernuntur.

XLI. κ. HEREMAIN. DI. GRA. --- TVR. i. e. HEREMANnus. DeI. GRAtia. --- ThVRing. Eques armatus cum vexillo & clypeo, dextrorſum.

XLII. κ. HEREMAN. DI. GRA. HN. i. e. HEREMANnus DeI. GRAtia. THVring. Eques armatus cum vexillo & clypeo, ſiniſtrorſum.

XLIII. ν. HERMAN. i. e. HERMANnus. Hæ literæ in medio numo, circa Equitem armatum coronâ & vexillo conſpicuum, cernuntur, à tergo turres. In margine prolixa eſt Perigraphe, quæ in noſtro legi non potuit.

XLIV. η. HERIBERTVS. DEI. GRA. Figura ſedens, dextra Pedum, ſiniſtra crucem tenens.

XLV. η. HERIBERTVS. AB. i. e. HERIBERTVS. ABbas. Figura media, dextra Pedum, ſiniſtra Crucem exhibens, infra conſpicitur porticus & turres.

XLVI. δ. HILLEBRANDVS. PISCO. i. e. HILDEBRANDVS. EPISCOpus. Figura ſedens, dextra Pedum, ſiniſtra crucem tenens.

XLVII. θ. HRSFELD. VEN. HER. AB. i. e. HiRSFELDenſis VENerabilis HERbertus ABbas. conf. *Goldaſt.* l. c. Tom. III. p. 40.

XLIIX. δ. Eadem Inſcriptio. Figura ſedens dextra gladium, ſiniſtra ſervans aviculam.

XLIX. β. IHENE. Uva unica.

L. γ. IHENE. Uvæ binæ.

LI. α. Eædem literæ & figuræ.

LII. γ. LAND. i. e. LANDsbergenſis. Duæ trabes in clypeo.

LIII. κ. S. LAVRENCIVS. Nummum hunc Lipſiæ inventum his verbis explicat *Cl. Tenzel.* l.c. 1691. Menſ. Nov. p. 998. 1041. Er præſentirte 4. Perſonen / 2. oben und 2. unten. Darzwiſchen iſt gleichſam eine Brücke gemacht / darauff dieſe Buchſtaben ſtehen S. LAVRENCIVS. Oben ſitzet einer zur rechten Hand / der hat einen Nimbum umb den Kopff / und iſt ſonder zweiffel der Heil. Laurentius, neben ihm ſitzet ein Biſchoff mit der Mütze und Stabe &c.

LIV. κ. LVDVVICVS. PROVINCIALIS. CONES. LVCINOA. i. e. LVDWICVS. PROVINCIALIS. COMES. DVRINGAe. Eques armatus cum clypeo & vexillo à tergo extat Inſigne quadratum. Conf. laudat. *Mellen* l. c. p. 19. Excell. *D. Caſp. Sagittar.* Epiſtol. de Antiqv. Stat. Thuring. p. m. 66. *Dreſſer.* Millen. VI. Part. II. p. m. 508.

LV. κ. LVEDVVICVS. PROVINCIALIS. LVCINOA. Ead. Figura. conf. num. 54.

LVI. κ. LVDSVVICV. PPOV. CONES. --- i. e. LVDEWICVs. PROVIncialis COMES &c. Eques armatus cum vexillo & clypeo.

LVII. ν. LVDEVVICVS. PROVINCIALIS. COMES. DE. ISENAC. Eques armatus cum vexillo & clypeo, à tergo rota & turres utrinque conſpiciuntur. conf. *Guden.* l. c. in Præfat. & p. 31. it. laudat. *Sagittar.* l. c.

LIIX. κ. LVDEVVICVS. PROVINCIALIS. CONES. D. vid. num. 54. Figura Equitis armati cum vexillo, à tergo rota.

LIX. ι. IRENONCHA. GVEO. A. LVDEGERO. Eques armatus cum vexillo & clypeo. Forſitan ſic legi poterit:

IRENARCHA — A. LVDEGERO (i.e. Lothario) *Irenarchæ* autem erant Magiſtratus militares, qui ad id conſtituti erant, ut provincialium tutelâ ſuſceptâ, quietis & pacis per ſingula territoria concordiam ſtare facerent. vid. *Car. du-Freſne* Gloſſar. h. v. it. *Mellen.* l. c. p. 21.

LX. 4. LVTEGER. ME. FECIT. Figura ſedens in clypeo, dextra gladium, ſiniſtra tenens vexillum, ad pedes ejus ſub ſemicirculo cygnus. vid. *Mellen.* l. c. p. 18.

LXI. 5. LVT. D. G. ER. D. EFECIT. AEC. Eques armatus cum clypeo & vexillo, additæ à tergo 3. rotæ. Nummum hunc ſic legit & explicavit laudat. *Schilter.* l. c. Lib. V. c. 4. §. 14. p. m. 659. his verbis: *LVDovicus Dei Gratia ERffurti Dominus EFfECIT. hÆC. Magna calamitas Germaniam ipſam quoque occupavit, diſceptantibus inter ſe de ſede Moguntina Conrado ArchiEpiſcopo ad Alexandrum Papam profugo & Chriſtiano ab Imperatore Friderico Barbaroſſa iſti ſuffecto A. C. 1166. Ea tempeſtate Landgravius Thuringiæ Ludovicus Feuleus, ad Mandatum Imp. Civitatem Erffurtenſem Conrado adhærentem obſedit, occupavit & disjectis mœnibus caſtigavit. In cujus rei memoriam numos bracteales cudi fecit Ludovicus, ubi effigies equeſtris cum vexillo, & Inſignibus Moguntinis Rotæ cum hâc Inſcriptione apparet.* Addatur *Mellen* l. c. p. 12. cujus verba hæc ſunt: LVTEGER. ME. FECIT. AEC. i. e. Luteger (Lotharius II.) Me fecit, ſed AEC non dilucidavit. Huic aſſentitur *Tenzel.* l. c. 1691. p. 1042. Mea autem Opinio hæc ſit: LVT. D. G. ER. ME. FECIT. AEC. i. e. LVDovicus Dei Gratia ERffurti ME. FECIT. ArchiEpiſcopo Conrado. Sæpius hunc nummum cùm viderim, has literas benè notavi, rem autem ipſam hiſtoria & verba *Schilteri* citata apprimè illuſtrant. Quodſi autem hæc non placuerint, aliam communicabo nimis argutam explicationem, quam revera ex induſtriâ non nemo fecit:

cit: LVT. D. G. C. R. D. S. CECIT. B. E. C. i. e. *Lotharius Dei Gratia Cæſar Romanorum Dux Saxoniæ, Cæcitatis Baculus, Eſurientium cibus.* (*pergit idem*) *vixit Anno 1126. videatur de eô Chriſtiani Matthiæ Theatr. Hiſtor. fol. 920.*

LXII. α. LVTEGER. ME. FECIT. VAIET. i. e. LVTEGER (Lotharius) ME. FECIT. Aſt VAIET. minus explicabile. Hæ literæ alibi forſan aliæ ac magis apparebunt conſpicuæ. Figura in hoc nummo eſt ſedentis, coronati, in cujus dextra pomum geminatum, ſiniſtra ſceptrum liliatum, additæque conſpiciuntur turres. conf. *Mellen.* l. c. p. 16.

LXIII. δ. M. i. e. Mülhuſum. Aquila monocephalos coronata dimidia, ſub quâ ferrum Molendinare.

LXIV. δ. MA. i. e. MArtinus. Caput cum Tiarâ.

LXV. γ. MA. i. e. MArtinus. Figura ſtans.

LXVI. β. MARTINVS. 1654. Rota ſuperadditâ Tiarâ, gladio & Pedo decuſſatim ſuppoſitis. NB. Idem Numus ſæpius occurrit, diverſo annorum numero notatus.

LXVII. δ. MARTINVS. Figura Media, dextra Pedum ſiniſtra crucem tenens.

LXIIX. ζ. ------ Idem paulò variatus.

LXIX. δ. S. MARTINVS. Figura media, dextra gladium, ſiniſtra Pedum ſervans.

LXX. γ. ------ Figura dextra Pedum, ſiniſtra Crucem gerens.

LXXI. μ. MARTINVS HELGENSTAT. Figura media in porticu ſedens, dextra Pedum, ſiniſtra Crucem tenens, infra eam extat alia figura manibus expanſis &c.

LXXII. β. MARTINI. Tiara Rotæ impoſita, Pedis additis decuſſatim.

LXXIII. β. ------- Duæ Rotæ, Pedis 2. additis in decusſim.

LXXIV. β. ------- Rota ſola.

LXXV. γ. ------- Pedum inter duas Rotas dimidiatas.

LXXVI. β. ——— Peda 2. erecta. NB. Ejuſdem Inſcriptionis numi dantur plures, qui eaſdem figuras, rotam ſc. Pedum & Tiaram vel ſimul vel ſigillatim variè exhibent.

LXXVII. β. MARTINI. 1672. Pedum ſub rotâ, & Leo tribus cuſpidibus inſiſtens. Inſign. Elect. Mogunt. Joh. Philipp. à Schönborn. conf. *Spener*. l. c. Part. Spec. p. m. 262.

LXXIIX. γ. MARTINV. Rota una dimidia, additâ Tiarâ & uno Pedo, ſub quô conſpicitur turris.

LXXIX. β. ——— Rota ſola.

LXXX. β. ——— Rotæ 2. additis decuſſatim 2. Pedis &c. &c.

XXCI. δ. MAIGEBVR. — i. e. MAGdEBVRgum. Ædificium turritum cum porticu.

XXCII. ε. MAVRICIV. i. e. MAVRITIVS. Tres turres in arcu, ſub quo crux ſpectatur.

XXCIII. δ. MOLHV. i. e. MOLHVſum. Aquila Monocephalos coronata dimidia, ſub quâ ferrum molendinare.

XXCIV. γ. N. i. e. Northuſum. Litera N. ſola apparet in medio numi.

XXCV. δ. NORTH. i. e. NORTHuſum. Aquila Monocephalos integra, coronata, alis expanſis.

XXCVI. δ. NORT. i. e. NORThuſum. Eadem figura.

XXCVII. δ. ——— Aquilina 2. Capita, ſuperadditâ Coronâ.

XXCIIX. θ. NORTBERTVS. DEI. GRTIA. ABBA. i. e. NORTBERTVS. DEI. GRaTIA. ABBAs. Figura ſedens, in cujus dextra Templum turritum, ſiniſtra vexillum, in cujus apice crux conſpicitur, adjectis utrinque ſtellis.

XXCIX. θ. NORTBERTVS. ABBAS. IN. HELGENS. i. e. NORTBERTVS. ABBAS. IN. HEiLiGENStadio. Figura ſedens inter 2. turres, ambabus manibus peda ſervans.

XC η. OTTO. Eques armatus cum clypeo & vexillo, in capite coronam Imperialem gerens.

XCI. η. OTTO. DEI. GRATIA. ROMANOV. IM. i. e. OTTO. DEI. GRATIA. ROMANOrVm IMperator. Leo coronatus gradiens.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0040-0

XCII. δ. RODOLPHVS. DEI. G. i. e. RODOLPHVS. DEI. Gratia. Figura media, dextra Pedum, ſiniſtra Crucem tenens.

XCIII. ζ. RVRV. i. e. RVpeRtVs, vel aliud nomen. Eques armatus cum vexillo, additæ viſuntur turres.

XCIV. δ. RVTIG. i. e. RVTIGer. Caput Sancti cum Nimbo.

XCV. θ. SIFRIDVS. Crux furcata, in cujus angulo 1. Caput hom. 2. Pedum, 3. Stella, 4. Crux.

XCVI. θ. SIFRIDVS. ABBAS. PIGOVIGENI. i. e. SIFRIDVS ABBAS PEGAVIENsis. Crux furcata, in cujus angulo 1. cap. hom. 2. crux, 3. Lilium, 4. Pedum.

XCVII. ι. SIFRIDVS. OTTO. — DOLV. ABBAS. i. e. SIFRIDVS. OTTO. VINDOLphVs ABBAS. Crux furcata, qualis num. 96. Vindolphus Abbas fuit ſecundus Monaſterii hujus Pegavienſis. vid. *Brotuff.* Hiſt. Viperti & Urb. Pegav. cap. 7.

XCIIX. μ. SCS. STEPHANVS. PROTOMARTIR. III. i. e. SanCtuS. STEPHANVS. PROTOMARTYR. III. i. e. P. H. Patronus Halberſtad. Sanctus in arcu ſedens manibus expanſis.

XCIX. η. SANCTVS. STEPHANVS. PROTOM. vid. num. 98. Sanctus ſedens in ſinu librum tenens, utrinque ſtella cernitur.

C. μ. STEPHANVS. PROTOMARTIR. III. vid. num. 98. Sanctus in ſellâ ſedens manibus expanſis.

CI. κ. SCS. STEPHANVS. N. C. HA. i. e. SanCtuS. STEPHANVS. Numus. Civit. HAlberſtad. Figuræ 2. quarum dextram altera elevans, ſiniſtra tenet librum; altera, ſiniſtra Pedum, dextram attollens, cui cœlitus porrigitur manus.

CII. η. SCS. STEPHANVS. H. vid. num. 101. Figura Sancti dextram elevantis, ſiniſtra Pedum tenentis, ad latera extant turres, quibus 2. capita ſunt ſuperaddita.

CIII. η. SCS. STEPHANVS. vid. num. 98. Sanctus ſub porticu turritâ ſedens, dextram elevans, ſiniſtra Pedum tenens.

CIV. η. SC. STEPHANVS. N. H. vid. num. 101. Figura ſedens, dextra librum, ſiniſtra ſervans Pedum.

CV. ν. SCTS. STPANVS. IGARDOLLPV. i. e. SanCTuS STePhANVS. Patronus GARDOLEBenſiUm, ſicuti nonnulli explicant. Alii volunt: Sanctus Stephanus, Dei Gratia ARDOLPhVs, quaſi Ardolphus quidam in honorem S. Stephani hunc numum cudi voluiſſet. Figura ſedens ſiniſtra librum, dextra palmam exhibens. NB. Hæc Inſcriptio in multis reperitur bracteatis, quorum figuræ in ſingulis ferè ſunt diverſæ.

CVI. α. THV. i. e. THVring. Coronæ duæ ſibi invicem oppoſitæ. Conf. *Mellen* l. c. p. 11. *Sagittar.* Antiquit. Regni Thuring. p. 281. *Tenzel.* l. c. 1689. Menſ. Jul. p. 748. 757.

CVII. ι. TIMO. PIG. ABB. i. e. TIMO. PIGavienſis ABBas. alii: AB. DO. i. e. ABbatiæ DOminus Crux furcata, in cujus angulo 1. Caput hom. 2. Pedum, 3. Clavis, 4. Lilium conſpicitur.

CIIX. η. VVICMANNVS. D. GI. i. e. WIChMANNVS. Dei GratIa. Figura ſedens, dextra palmam, ſiniſtra Pedum tenens. Primus eſſe dicitur, qui monetam majorem cuderit. vid. *Dreſſ.* l. c. p. 105.

CIX. ζ. VVICMANNVS. Figura ſtans inter 2. turres, dextra palmam, ſiniſtra Pedum tenens.

CX. γ. W. D. G. D. S. i. e. Wilhelmus Dei Gratia Dux Saxoniæ. Leo & trabes ſerto rutaceo addito. Inſign. Saxon.

CXI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0042-1

CXI. γ. WILHE, i. e. WILHElmus. Corona.
CXII. ϛ. Eques armatus cum vexillo & clypeo. Numum hunc ob inſignem magnitudinem addere volui, quem depictum explicavit laudat. *Tenzel.* l. c. 1691. Menſ. Nov. p. 911. 994.

Et hæc ſunt mea qualiacunque, quæ de Bracteatis numis hâc vice meditata atque conſcripta communicare volui; Potiora ſanè merentur accuratius alibi expendi; Ipſe aſſiduus cogitabo plura. Interea omnes & ſingulos rerum harum peritos eorumque numorum poſſeſſores decenter rogito, Numos non ſolùm, ſed obſervationes quoque ut addant ſuas, atque rariori huic labori quoquo modo ipſis haud incommodo, patrocinari atque ſuccurrere ne graventur.

T. Θ. Δ.

# SERIES CAPITUM.

*Præfatio* ... ... ... ... ... p. 1..6
*CAP. I. de nomine numorum bracteatorum* ... p. 6..13
*II. de materia eorundem* ... ... 13..15
*III. de forma bracteatorum.*
*Sect. 1. de illorum valore* ... ... 16
*2. de magnitudine, craſſitie & circumferentia* 16
*3. de figuris* ... ... ... 18
*4. de inſcriptionibus* ... ... 19..22

*IV.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-58050-p0043-6

*IV. de iis qui bracteatos formarunt.*

*Sect. 1. de iis, quorum autoritate percuſſi ſunt* 22

*2. de loco, arte & origine bracteatos. fabricandi* --- --- 23 -- 25

*V. de fine bracteatorum* --- --- 25 -- 27

*VI. Bracteatorum, Sylloge* --- --- 28. *usq; ad finem.*

# INDEX AUTORUM.

Alſtedius [ Joh. Henr. ] 9.
Althammer [ Andr. ] 11.
Amſtelodamenſis Catalogus Rer. Antiq. var. 13.
Ariſtoteles 9.
Auguſtinus [ Anton. ] 29.

Becmannus [ Chriſtian. ] 9.
Brackenhofferi Muſæum 12.
Brotuffius [ Erneſtus ] 37.

Calvinus [ Joh. ] 9.
Capellus [ Rudolph. ] 11.
Chiffletius [ Claud. ] 17.
Chiffletius [ Henr. Thomas ] 12.
Chiffletius ] Joh. Jacob. ] 12. 24.
Cicero, 12.
Culmenſe Privilegium 17.

Dreſſerus [ Matth. ] 33. 38.
Drexelius [ Jerem. ] 13.

Eckſtormius [ Henr. ] 17.

Freherus [ Marquard. ] 10.
du Freſne [ Carol. ] 10. 84. 25.
Friſius [ Tilemann. ] 13. 14. 17. 19. 23. 24.
Gaffarellus [ Jacob. ] 13.
Goldaſtus [ Melch. ] 13. 32.
Golzius [ Hubert. ] 11.
Gudenus [ Joh. Maurit ] 26. 31. 33.

Hartknochius [ Chriſtoph. ] 13. 15. 17. 22

Jonſton. [ Joh. ] 10.
Iſidorus Hiſpal. 9.

Lehmannus [ Chriſtoph. ] 23.
Limnaus [ Joh. ] 18.
Lipſius [ Juſtus ] 11.
Mabillon [ Jo. ] 22.

Maderus [ Joach. Joh. ] 29.
Major [ Joh. Daniel. ] 5. 11. 12.
Mattheſius ( Joh. ] 13. 23.
Matthias [ Chriſtian. ] 35.
à Mellen [ Jacob ] 4. 33. 34. 35. 38.
Michael [ Gregor. ] 13.
Molanus [ Gerhard. ] 25.
de Morales [ Ambroſ. ] 29.
Morellius [ Andr. ] 5.
Morhoff [ Georg. Dan. ] 25.

Pfennigk [ Joh. VVilh. ] 17.
Radulphus [ Glaber ] 18.
Ramirez ] Laur. ] 29.
Reyher [ Sam. ] 26.
Rhodiginus [ Cæl. ] 11.
Sagittarius [ Joh. Chriſtfried. ] 4. 6.
Sagittarius [ Caſpar. ] 4. 33. 38.
Sagittarius [ Paul. Martin. ] 4. 15.
Schilterus [ Johannes ] 15. 18. 34.
Schmidius [ Joh. Andr. ] 3. 18.
Schobinger ( Bartholom. ) 13.
Smetius ( Johan. ) 10. 12.
Spangenberg ( Cyriac. ) 1. 4.
Spanhemius ( Ezech. ) 1. 4.
Spenerus ( Philip. Jacob. ) 31. 36.
Stern ( Joh. ) 26. 27.
Strabo 9.
Struvius ( Burch. Gotthelff. ) 10.
Tacitus ( Cornelius ) 10.
Tenzelius ( VVilh. Erneſt. ) 4. 12. 21. 24. 27. 29. 30. 33. 34. 38. 39.
Thurneiſer ( Leonhard. ) 13.
Vadianus ( Joach. ) 13. 22. 24.
Vaillant. ( Joh. ) 11. 12.
Urſinus ( Fulvius ) 11.
VVagenſeil ( Joh. Chriſtoph. ) 10. 12.
VVedelius ( Georg. VVolffg. ) 11.
VVeizius ( Joh. ) 9.
VVeizius [ Jacob. ) 26.
Zimmermann ( Matth. ) 12. 29.

# INDEX RERUM


ABbas 5. 19. 22. 29. 32. 36. 37. 38.
Abbatiſſæ 5. 19. 22. 29.
Abbreviaturæ 20.
Ænei bracteati 13. 15.
Agneſa 29.
Agnus vexillifer 24.
Albertus 28.
Alexandri Theop. ſerratus æneus 11.
Altenburgi reperti bract. 16.
Amandus 29.
Angſter rectius Augusti 10.
Animalia varia in bract. 19.
A O. quid in numis 29.
Argentei bract. 13. 14. 15.
Arnſtadienſe Cimeliarchium 11. 14. 28.
Ardolphus 8.
Archiepiſcopi 5. 19. 2. 30. 31.

Baſileenſes bract. 29.
Bernhardi numi 20. 29. 30.
Bertholdus 30.
Bonifacius 30.
ברק 9.
Βρέχειν & Βρέχειν 9.
Bracteati numi ſingulare requirunt ſtudium. 3. 4. 5. 39. quare hactenus non illuſtrati 4. pauci deſcripti. 4. 6. exigui cur ſuperſint, 4. æſtimandi. 4. uſum habent & præſtantiam. 4. 5. unde ita dicantur. 9. bract. appellantur varii. 9. 10. qualem habeant formam 9. varia habent nomina. 10. dantur aurei, argentei, ærei & cuprei argento mixti. 13. 14. 15. quid valeant. 16. quinam rari, 15. 17. cur tam tenues. 17. quibus figuris ſignati 18. 19. an habeant cifras. 20. 21. literis obſcuris & punctis confuſè notati, 20. 21. abbreviaturis abundant. 20. à Quibus cuſi. 22. 23. quo modo formati. 24. cur nonnulli admodum rudes. 23. 24. unde elegantes, 24. Quando primi formati 25. ſunt vel memoriales vel uſuales. 25. 26. cur paſſim reconditi reperiantur. 26. divulgandi ſunt vel deſcripti vel depicti, 4. 21. 28. 39.
Brunſvicenſes bract. 20. 29.
Carthaginenſium Duces etiam Reges (dicti 11.
Chriſtianus 30.
Cicenſis bract. 32.
Cizæ reperti bract. 16.
Cifræ an dentur in bract. 20. 21. Romanæ arabicis mixtæ 21. 22.
Cimeliarchium ANTHON. GUNTHERI Com. Schwarzb. 11. 14. 28.
Gothanum 6.
Lipſienſis Senatûs 31.
Molani 1.
Olearii 14. 28.
Civitatum bract. 5. 23. 29. 35. 36.
Colonienſis bract. aureus 14.
Comitum bract. 5. 18.
Conradus 30.
Crux 19.
Dietericus 30.
Ducum bract. 5. 18. 23. 29. 30.
Eberhardus 26. 31.
Engelhardus 31.
Epiſcopi 5. 19. 22. 30. 32.
Epentheſis 20.
Equites armati 18.
Erpo 26. 31.
Erffurtenſes bract. 20. 34. aurei 14. tu- (multus 34.
Erneſtus & Albertus 31.
Farman de Lobdeburg. 31.
Figuræ variæ in bract. 18. 19.
Folles ſ. Follærales 10.
Fridericus Imperator 31.
Frideric. Joh. Georg. 31.
Gardolebenſium Patronus 38.
Georgius 32.
Gottes-Pfennige 26.
Guttæ Apollinis 13.

Halberſtadienſ. bract. & Patronus 37.
Halleri 16
Hannonis ſerratus æneus 11.
Heiligen-Pfennige 26.
Helgenſtadt 35. 36.
Helvetia prodit bract. 10. 23.
Henricus 32.
Heraldicæ figuræ 19.
Herbertus 32.
Hermann 32.
Hildebrandus 32.
Hirſchfeldenſes bract. 32. 33.

Jenenſes bract. 33.
Imperatores 2. 18. 23. 31. 36.
Inſignia 5. 14. 19.
Incuſi numi 10. 12. 24.
Inſtrumenta monet. 24.
Inſcriptiones bract. 5. 19. 28.
Irenarcha quid ſit, 34.
Iridis flores ſive patellæ 13.
Iſenacenſis bract. 33.

Laminares 10.
Landsbergenſis bract. 33.
Landgravii 18. 23. 33.
Lauenburgenſ. bract 30.
Laurentius 33.
Liber apertus 19.
Lipſiæ reperti bract. 16.
Literæ bract 5. 19.
Lobdeburgenſis bract. 31.
Ludovicus 33. 34.
Luteger i.e. Lotharius 34. 35.

Magdeburgenſ. bract 23. 36.
Magnitudo bract. 16. 17. 28. 39.
Martinus 14. 35. 36.
Mauritius 36.
Metatheſis 20.
Metapontinorum ſerratus æneus 11.
Meutha famoſus 27.
Metallorum mixtura 15.
Monaſterium S. Galli, 24. Heiligenſtadt, 5. 36. Hirſchfeld 32. Pegavienſe, 37. 38. & alia cudebant numos, 5. 22. 23. 24.
Monetales officinæ 23.
Moguntini bract. 30. 31. 35. aurei, 14.
Monetarii 23.
Muris ſupponebantur nummi 26. 27.
Mühlhuſienſes bract. 31. 35. 36.

Naumburgenſis bract. 32.
Nimbus 19.
Nortbertus 36.
Northuſienſ. bract. 36.
Numa primus ap. latin. numos Imaginibus notavit, 9.
Numiſmatocritica nobile ſtudium 3.
Numi Etymologia. 9.
Numus per ſimplex M ſcribatur 9.

Ottonici numi, 18. 25. 36.
Otto in bract. Pegavienſ. 37.

Palma 19.
Patellæ Iridis 13.
Pedum 19.
Pegavienſ. bract 37. 38.
Pelliculati numi 9.
Piſces 19.
Pomum Imper. geminatum 18. 31.
Provincialis Comes 33.
Pruſſici bract. 15.

Quedlinburgenſ. bract. 29.

Radulphi Hiſtoria quando conſcripta (18.
Reges, 5. 18. 23
Retrogradæ literæ ac voces. 20.
Rodolphus 37.
Rutiger 37.

Sanctorum figuræ in bract. 26.
Saxonici bract. 29. 31.

Sagit-

# INDEX RERUM.

Sagittarii Altenburg. obitus 6.
Schvvarzb. bract. 32.
Schüſſel-Pfennige 13.
Scyphati numi 10.
Sedentes quid denotent in bract. 18. 19.
Serrati numi 9. 10. 11. 12.
Sigfridus 37
Stephanus Protomartyr 37. 38.
Subærati numi 9. 12.
Subferrati 9. 12.
Syncope 20.
Timo 3
Turres in bract. 18.
Valor bract. 16.
Vexillum 18.
Vindolphus abbas ſecundus Monaſt. Pegav. 37.
Urbium Bract. vid. Civitat.
VValkenriethenſium Hiſtoria mirabilis de bract. 26. 27.
VVichmannus 38.
VVilhelmus 38. 39.
Zollmanni Laus & nummus Bernhard. 20.

## ADDENDA & CORRIGENDA.

PAg. 3. Lin. 12. lege: Hiſtoriarum Pag 9 lin 28 lege: ſubferrati) les medailles. Pag. 11 lin. 31. lege: Golzius Lin 35. *adde poſt verba: Regis Hannonis*: Carthaginenſium Duces etiam Reges dicuntur, Hannonis Periplus inſcribitur *Hannonis Carthaginenſium Regis*, & Imilco, *Rex Carthaginenſium* Oroſio VI 6. Ideò opinor, quia plerumque perpetuam auctoritatem obtinebant. Procopius lib. I. de bello Goth. barbaros ait, duces ſuos Reges vocare, conf. *Juſtin.* lib. XXII. 7. ibiq; in notis *Ant. Thyſius* p.m. 319 Lin. 35. lege: ΑΝΝΩΝ. Pag. 12. lin 31. poſt vocem qui, adde: Incuſi numi. Pag 13. lin. 3. Patellæ Iridis, de quibus conf. Tenzel l. c 1689 Menſ Sept p 896. 897 900. 901 962 &c Pag. 14. lin. 17. lege: cui pedum & gladius decuſſatim impoſitus. Pag. 15. lin 21 lege: cuſos. Pag. 20. lin. 18 lege HRSFELD. i. e. HIRSFELD lin 36 lege: MOSI. i. e. Pag. 25 lin. 12 ante Ottonem, add. vid. infra p. 30. num. XVII. Pag. 29. lin 19 lege: ABATISA. Pag. 31. lin. 12. lege: ARCHIEPISCOP9 SC-S. lin. 13. DOMIN9. lin. 26. Concordiam. Pag 32. lin. 4 Turres. Pag 34. lin. 19. Ferreus. Pag. 39. lin. 2. CXII. π. Reliquis iniquis æquus ignoſcat Lector.

Ak. 231

IV, 154.

M. JOH. … ARI

IS …

NVMO… …VM

BRA…

Præſtantia … orum

ſu…

centum … s

S

*Ezech.* …

Inſita eſt huma… geniis,
conſvetudo… temtu
ſtrenuè ulci… menda-
tionem hab… utum,
aut naturæ …

Impen…

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)